Prolegomena.

ما لا يعلم كله لا يترك كله

فان العلم بالبعض خير من الجهل بالكلّ

Abulfeda.

---

§. 1. De auctore.

Longiorem præmisit auctor introductionem, sublimiori, ex Arabum more, stylo conscriptam, in qua de diversis suis itineribus librisque ad opus perficiendum adhibitis prolixe agit. Nomen, quod ipse omisit, discimus ex compendio lexici literarii, ab Hadschio Chalfa confecti, fol. 2 a). كمال

a) Vocare liceat hoc nomine catalogum librorum arabicum, in bibliotheca regia hauniensi obvium. Retulit de tali libro Ill. de Sacy Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque du Roi Tom. 8 p. 200 sqq. (Par. 1810. 4.) fraudi totum hoc opus deberi suspicans. Qui liber quum mihi, dolendum, in præsenti ad manum non sit, hoc solum de codice nostro observare liceat: In nitidissima charta, aureo pigmento atque coloribus elegantissime ornata, minus pulchre ann. 1176 descriptus est. Capsulæ, cui inclusus fuit, inscriptum fuisse دفتر الكتب في جامع الازهر, patet ex catalogo codicum arabicorum manuscripto Pro-

كمال محمد بن محمد بن ابي شريف الشافعي المقدسي.

Quum Auctor, id quod ex sequentibus patebit, in Aegypto natus fuerit, recte in codice hujus libri Parisiensi (No. 836) المصري dicitur b), quare nomen المقدسي h. l. non incolam, verum visitatorem Hierosolymæ significare videtur. Ipse nos edocet, se, postquam officium Meccam peregrinandi, lege muhammedica injunctum, sed ex regula Schafæii c) nulli certæ ætati adstrictum, nec quam citissime peragendum, sed cujusque arbitrio relictum, exsequi in animum induxisset, jumentum velociter incedens conscendisse cc), urbemque nobilissimam illam secundo die tertii mensis a. DCCCXLVIII (qui incipit die 19 Apr. MCCCCXLIIII p. Chr.) ingressum, reliquam ibi anni partem permansisse. Peregrinationis — ubi ejus obeundæ tempus aderat, nimirum duodecimo mensis Dsulhadschæ die d) — cum cæteris defungens, omnes, vel divino præcepto vel canonica necessitate injunctas, ceremonias (فرض وما يجب e) rite observavit. Jam vero consilium Kahiram redeundi infractum valde sentiens, commorationem in sanctissimo loco prætulit f). Propter magnam urbis sanctitatem, quæ peccatis ibi commissis facile posset lædi, atque propter difficultatem annonæ in urbe mediocri nec satis fæcun-

Professoris Rasmussen, magistri mei, quem honoris caussa nomino. Hadschii Chalfæ nomen inveni sub titulis تقويم التواريخ et جهان نما; Sub finem legitur: تم كتاب كشف الظنون عن اسما الكتب والفنون. In Aegypto, ut videtur, coemtus, ad bibliothecam nostram transmissus est a cel. Niebuhrio. Quid statuam, nescio: quominus exemplar Parisiense ex codice nostro descriptum esse putem, impedit diversitas titulorum aliarumque rerum.

b) Notices et extraits des manuscr. de la bibl. du roi, Tom. 3 p. 610. De Schafæitarum secta v. Muradgea d'Ohsson allgemeine Schilderug des othomannischen Reichs, mit Anmerkungen übersetzt von Christian Daniel Beck. Leipz. 1788-93. T. 1. p. 22. Abulfaradsch de origine et moribus Arabum, ed. Pococke Oxon. 1650 p. 295 sq Abulfeda ann. Mosl. ed. S. V. Adler Hauniæ 1789-94. T. 2. p. 128 sq. Joan. Leonis Africani descriptio Africæ. Lugd. Bat. 1632. lib. 8. p. 704 sq. Ill. de Sacy Chrestomathie arabe Par. 1806 T. 2, p. 98. Herbelot bibliotheque orientale Par. 1697. p. 768 b. s. v. Schafei.

c) Muradgea d'Ohsson 2 Th. p. 33

cc) Iter peregrinatorum ex Aegypto fide satis atque pro more suo lepide describit J. Wilde neue Reysbeschreibung p. 56 sq.

d) Bobovii tractatus de Turcarum liturgia cætt. (ex versione Hydii) v. Syntagma dissertt. Hydii ed. Sharpe. Oxon. 1767. 4. P. 2, p. 270. Muradgea d'Ohsson, 2, 41 sq.

e) M. d'Ohsson 2, 29. § 6, atque 2, 60 sq. Artic, IV.

f) In textu legitur مجاورة, cujus vocabuli significationem Reiske optime explicat ad Abulfedæ ann. 3, 320. not. s.

fecunda g), Omar ultra festos dies in urbe manere peregrinatoribus olim vetuerat, solentque etiamnum plurimi, præterlapsis 10 vel. 15 post festum diebus, absolutisque mercatorum negotiis, natalis soli dulcedine capti domum festinare. Nobiles tamen, divites atque exactæ ætatis homines, quotquot major religio cordi, plures menses partim Meccæ partim Medinæ commorantur, et Cabam inter atque prophetæ sepulchrum commeantes precibus piisque studiis devoti vacant. Immo sunt, qui perpetuam ibi sedem figant, persvasum sibi habentes certissimam heic mortuos sepultosque manere felicitatem h). Sic Ben Abu Scherif quoque primis anni 849 diebus Medinam المصطفوية adiit, "prophetarum principis" sepulchrum visitaturus, instigante præter loci sanctitatem regula sectæ suæ (وجوب الشفاعة). Meccam redux peregrinationem denuo instituit, penates repetiturus. Sed mutato rursus consilio unacum familia et liberis remansit, spe in creatore collocata, de victu securus. Post novem demum annos primis anni 57 diebus (sub finem Januarii a. p. Chr. 1453) Kahiram reversus est, quam ut Deus Islamismi sedem ad diem judicii usque constituat, piis optat precibus. Quum desiderio Hierosolymam adeundi, quo permagno flagraret, satisfacere non valeret, in Aegyptum redux operam suam nescio cui condixit, multisque fuit impeditus negotiis quo minus Hierosolymam visitaret. Quum vero forte sua accideret, ut dominus (المخدوم الذي كنت في خدمته) præfectura Halebensi ornaretur hh) vehementer enimvero lætatus jucundissimam de visendis Mesdschid ol Aksa, Assachrat, cæt. sanctis locis spem facile concepit, qua tamen, subortis — dolendum — in itinere impedimentis, male faustus excidit. Animum sibi hoc solatio reddidit, quod, si templi domino, qui suum ibi nomen sineret coli celebrarique, placeret, res facilis foret atque expedita: hujus autem voluntati morem esse gerendum. Totum jam precibus se dedit: necdum vero, quamvis sæpius Syriam inter atque Aegyptum ultro citroque commeans, voti fuit damnatus. Unde factum, ut desperabundus fere crederet, fore ut mortem

 potius

g) Exstat in divite penu bibliothecæ regiæ Haun. descriptio urbis Meccæ, auctore Muhammede Ibn Ahmed Hosaini, Meccæ Cadio constituto. Libri titulus est كتاب تحفة الكرام باخبار البلد الحرام.

h) Mur. d'Ohsson l. c. 2, 170 sq.

hh) Sæpius a 875 sq. mutati sunt publicis muneribus præfecti, quum Sultan Malec Aschraf Abu Nasr Inal Olai Naseri imperio potitus esset, quod Malec Mansur Saadat Otsman solos 40 dies retinere valuisset cfr. Jemaleddini filii Togri Bardi rerum ægyptiacarum annales (ed. Carlyle Cantabrigiæ 1792 4.) p. 130-32. et Marai des Sohns Josephs Gesch. d. Regenten in Egypten, aus d. Arab. übersetzt von J. J. Reiske, ins. Büschings Magaz. für die neue Hist. und Geographie. T. 5 (Hamburg 1771. 4.) p. 425.

potius, quam sacram Hierosolymæ visitationem obiret. Mox tamen — prout a veri nominis Moslemo non potest i) non exspectari — in divina voluntate acquievit. Quid? quod tandem, visitantium agmini junctus, sanctissimam illam urbem, cujus laudes vividissimis describit coloribus, favente numine adiit. Triumvirorum ob expugnatam Syriam clarissimorum Abu Obaidæ, Moadsi b. Dschebel et Scharahili sepulchra in itinere justa veneratione obiit, quorum primum Amatæ (عمتا) sub monte Adschalun, alterum vero in arce Chaledi (قصر خالد) in præfectura Damascena sepultum fuisse docet. Scharahilum constat k) in Syria peste fuisse abreptum. Die 28 mensis Ramadan a. 874 (incip. d. 10*mo* Julii 1469 p. Chr.) Hierosolymam ingressus, festum (finiti jejunii, quod in primum Schavvalis diem incidit) ibi celebravit. Qua occasione carmen, prolegomenis insertum, recitavit. Altero eum post visitationem anno opus suum edidisse, patet ex laudato Hadschii Chalfæ compendio. Qua sorte postea usus fuerit, quandoque obierit, nec liquet, nec magni est momenti: Ibn Chalicani virorum illustrium biographias (كتاب وفيات الاعيان وانباء الزمن) quæ in bibliotheca regia exstant, sed quo auctore Ben Abu Scherif noster longe junior est l), consulere parum profuisset. Exinde, quod operam suam aliis condicere fuerit coactus, eum servum fuisse concludere minime licet. Repugnat non solum longior in Mecca atque Medina commoratio, sed hoc quoque, quod solis ingenuis hominibus peregrinatio lege injungatur m). Videtur potius e Fakihorum s. divini humanique juris consultorum ordine fuisse, qui religiosori illo, qui sub Sultano Malec Dhaher Abu Said Dschakmak Olai Ali b. Inal, tricesimo quarto Sultanorum Aegypti Turcarum, et decimo Circassorum (regn. 842-57), invaluit n), et qui ubivis in nostro libro pellucet, animorum tenore correptus piis studiis se totum dederat, sed curtam suam supellectilem per novem, quibus vacaverat Meccanæ peregrinationi, annos facile consumserat. Libro nomen inscripsit اتحاف الأخصّاء بفضايل المسجد الاقصي o) vertentibus De Guignes (l. c.)

i) Cfr. elegantem (cel. v. Hammer) observationem Rosenoel erstes Fläschchen, oder Kunden und Sagen des Morgenlandes, aus arabischen, persischen und türkischen Quellen gesammelt. Erst. Bändch. (Stuttgart und Tübingen 1813) p. 291-93.

k) Vakedi in allg. Weltgeschichte v. Guthrie und Gray mit Anmerk. v. Heyne und Reiske 6ten B. erst. Th. p. 274.

l) Cfr., si placet, conspectum operis Ibn Chalicani de vitis illustrium virorum, ed. Tydemann. Lugd. Bat. 1809. 4.

m) Muradgea d'Ohsson l. c. 2, 34. Artic. I.

n) Marai l. c p. 425. Jemaleddin ann. rer. Aeg. p. 126.

o) Hæc puncta adscripta sunt in codice nostro. In compendio Hadschii Chalfæ legitur الاخصي.

(l. c.) atque D'Herbelot (s. v. Tarikh Cods): *Des prérogatives de la mosquée Alacsa.*

§. 2. De Moschea Alaksa.

Inter plures, quæ Hierosolymæ exstant, moscheas ea κατ' ἐξοχὴν hoc nomine appellatur, quæ in monte Moria exstructa sanctissima habetur p). Remotissimam dixere, teste Ben Abu Scherif لانه ابعد المساجد التي تزار ويبتغي فيها الاجر من المسجد الحرام وقيل انه ليس وراه موضع عبادة وقيل لبعده عن الاقذار والخبايث. Si rudiorem, qua Arabes Muhammedis tempore gaudebant, conditionem, caravanarumque ad Meccam Caabamque commeantium itinera, per quæ sola levior quædam geographiæ notitia deserticolis consitit, respicimus, rectior utique videtur harum interpretationum media. Hierosolymam Muhammed et a Christianis et a Judæis, quibus familiariter uteretur, summis nominibus celebrari audiverat, immo ipse Syriam ad Damascum usque sæpius peragraverat; Indorum vero Pagodas, si vel de hisce a mercatoribus rumorem percepit, tanquam idololatriæ consecratas detestabatur: hinc parum mireris, eum hanc urbem suos asseclas inter preces respicere primo jussisse, posteaque — quum occupatam Meccam religionis sedem constituisset, — ficta de nocturno itinere fabula venerandam sanxisse. Videntur seriori ætati cæteræ duæ interpretationes deberi. Audit quoque بيت المقدس, quod apud Geographum Nubiensem legimus q): واذا خرجت من هذا الكنيسة العظمي وقصدت شرقا الغيت البيت المقدس الذي بناه سليمان بن داود (e templo resurrectionis). Quæ denominatio, ex Hebræorum בית המקדש orta, seriori tempore ab auctoribus arabicis — desumta a potiori parte denominatione — de tota urbe adhibetur, nominibus اورشليم atque ايليا oblivioni fere traditis. Veteri igitur Hierosolymæ non

p) G. A. Maas ad Bachienii hist. und geogr. Beschreib. von Palästina. Aus dem Holländischen übersetzt. Leipz. 1770. 2ten Theils 1ster Band p. 437. Vocari hoc nomine totum moscheæ ambitum docuit cel. v. Hammer ad Enisol Djelil fit-tarikhi Kouds vel Khalil Fundgruben des Orients 2 B. p. 87 et 95.

q) كتاب نزهة المشتاق في ذكر الامصار والاقطار والبلدان والجزر والمداين والافاق edit. Roman.

non eadem plane cecidit sors, quæ cæteris Asiæ urbibus, "quarum ad præsens pleræque" — verba sunt Ammiani Marcellini r)" licet græcis nominibus appellentur, quæ iisdem ad arbitrium imposita sunt conditoris, primogenia tamen nomina non amittunt, quæ iis Assyriâ lingvâ institutores veteres indiderunt". Exstructa est eodem loco, ubi olim fuit templum Judæorum, id quod recte observavit Benjamin Tudelensis s): ושם טמפלו דומינו והו היה מקום המקדש ובנה עליו עמר בן אל כטאב כיפה גדולה ויפה עד מאד ואין מכניסין שם גוי' שום צלם ולא שום תמונת אלא שבאי' להתפלל תפלתם. Deferimur jam ad quæstionem satis difficilem multisque tricis laborantem, quæ quidem hæc est. Num Christiani locum, ubi olim sanctissimum illud Salomonis templum stetisset, dum plurimis Hierosolymam ædificiis ornaverint, neglectum plane atque vacuum reliquisse putandi sunt? Fieri quidem potuit, ut Christiani, editis a Jesu de templi eversione oraculis absterriti t), nullam heic ædem struere auderent; cui sententiæ patrocinari videtur Saidi Ibn Batrik s. Eutychii auctoritas u). Tradit quippe patriarcham Sophronium Omaro, locum moscheæ exstruendæ foederis jure petenti, aream *sancti sanctorum* s. templi Salomonici concessisse, hoc addens: فزجوا ملوك الروم عن بناه — — وكانوا الروم لما تنصروا وبنت هيلانة ام قسطنطين الكنايس في بيت المقدس كان موضع الصخرة وحولها خراب فترك ورموا علي الصخرة التراب حتي صار فوقها مزبلة عظيمة وانما تركوها الروم ولم يعظموها كما كانوا بني اسراييل يعظموها ولم يبنوا عليها كنيسة لقول سيدنا المسيح في انجيله الطاهر ان هوذا يترك لكم بيتكم خرابا وقال ايضا انه لا يبقا هاهنا حجر علي يهدوا

r) Ammiani Marcellini quæ supersunt, ed. J. A. Wagner et C. G. A. Erfurdt, Lipsiæ et Londini 1808. 8. Vol 1. lib. XIV. c. 8. sect. 6. p 25.

s) Itinerarium Benjaminis vertit notisque instruxit Constantinus L'empereur ab Oppyk Lugd. Bat. 1633. 8. ubi in notis p 173 editor minus recte asserit, "Benjaminum vehementer errasse, quum templum sepulchri domini nostri eo loco collocaret, ubi ædes sancta quondam structa fuisset." Minime quippe templum resurrectionis dominicæ verum ædem in Moria structam innuit auctor verbis טמפלו דומינו, cfr. Jacobi de Vitriaco historiam Jherosolymitanam, insertam Gestis Dei per Francos, ed. Hanoviæ 1611. Tom. 1, c. 63. p. 1080.

t) Talem fere persuasionem præ se ferunt Chrysostomi verba in homilia tertia adversus Judæos Tom. 1, p. 416. (Opera omnia ed. Paris. 1636 fol.)

u) Eutychii patriarchæ Alexandrini annales, arabice et latine (Oxoniæ 1658. 4) Tom. 2, 286-89.

حجر الا يهدم ويخرب فلهذه الجهة تركوها النصاري خرابا ولم يبنوا عليها كنيسة. Eutychium sequitur Elmacinus v): فلما جاء عمر اليها وجد ترابا كثيرا عليها فاخذ عمر من التراب في ثوبه . . . Quorum auctoritate seducti haud pauci bonæ notæ scriptores historici templi aream a Christianis vacuam relictam fuisse asseruerunt. Huc pertinent traditiones Saidi b. Abd'ol Aziz atque Dschabiri b. Nafir apud nostrum p. 12 obviæ. Temere tamen in hanc sententiam non videtur esse abeundum. "Nihil — ut Tullii verbis utar — temeritate turpius, nihilque tam temerarium, quam, quod non satis explorate perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione defendere." Traditio Validi, quæ apud auctorem nostrum p. 11 legitur, aream templi cujusdam ruinis oppletam fuisse innuere videtur. Quod si probari poterit, in promtu erit intelligere, quomodo fieri potuerit, ut Eutychius, auctor non omni nomine commendabilis, hasce ruinas Salomonici templi reliquias esse, solenni N. T. oraculorum interpretatione inductus putaverit. Quum vero quæstio de hujus areæ historia longiorem, et altioris eam indaginis, quæ arctiores excederet hujus commentationis limites, disputationem foret requisitura, gravissima tantum momenta breviter innuere sufficiat. Jam Eugesippus x): *re vera de hoc Bethel,* ait, *sub quo et a quo principe restitutum sit, fere ignoratur. Quidam enim sub Constantino imperatore ab Helena matre sua reædificatum fuisse perhibent, pro reverentia sanctæ crucis per eam repertæ: alii ab Heraclio imperatore pro reverentia ligni domini, quod de Perside triumphans retulerat: alii a Justiniano Augusto: alii a quodam admirando Memphis Aegypti, pro reverentia Allahibyi, id est, summi Dei, etiam ad primum colendum. Ab omni lingva reverende veneratur præsens hoc templum, quantum prædicatur* y). Primi traduntur Judæi, — si antiquissima relegere placet vestigia, — sub Hadriano Hierosolyma potiti, novum in monte Moria templum ædificare coepisse; nec

v) Historia Saracenica, cum versione Erpenii, atque Roderici Ximenez, archiepiscopi Toletani, historia Arabum (ed. J. Golius) Lugd. Bat. 1625 fol. p. 28.

x) Tractatus de distantiis locorum terræ sanctæ, quem compilavit Eugesippus a. Dom. MXL. ins. Leonis Allatii συμμικτοις s. opusculis græcis et latinis, vetustioribus ac recentioribus (ed. Bartholdus Nihusius, Coloniæ Agrippinæ 1653. 8) p. 114.

y) De templo in Moria exstructo sermo est, in quo "Jesus a matre presentatus est, et receptus a beato Simeone, . . ubi liberavit adulteram ab accusantibus eam, . . laudavit munus pauperculæ, . . docebat Judæos . . . Supra templum hoc in veteri testamento sanctificare solebant turtures et columbas: quod a Saracenis postea immutatum est in horologicum (turrem unde preces indicuntur?) et adhuc videri potest."

nec equidem video, cur serioris vel ætatis auctoribus z), quum res per se maxima veritatis specie gaudeat, fides sit abroganda. Qua seditione suppressa imperator urbem funditus deletam de integro exstruere incepit, atque, maxima Sionis parte propter novorum incolarum paucitatem extra muros relicta æ), in area Salomonici quondam templi,

z) *Προς βουλην ἦν ἐκεινοις* (Judæis) *τον ἐν Ἱεροσολυμοις ναον ἀνιςαν.* Nicephorus Callistus hist. eccles. Libr. 3, c. 24. f. 256. Cedrenus de Hadriano: *ἐφ' οὗ ςασιαζοντων των Ἰουδαιων και τον ἐν Ἱεροσολυμοις ναον οἰκοδομησαι βουληθεντων, ὀργιζεται κατ' αὐτους σφοδρα* cætt. v. Compend. historiarum (ed. Par. 1647 fol.) p. 249. Quibus Chrysostomus fidem facere videtur: *εἰ γαρ μη ἐπιχειρησαν οἰκοδομησαι τον ναον, εἶχον ἂν λεγειν, ὅτι εἰγε ἐβουληθημεν ἐπιχειρησαι, και της οἰκοδομης ἀψασθαι, παντως ἂν ἰσχυρισαμεν και ἠνυσαμεν, νυνι δε αὐτους δεικνυμι, ὅτι οὐχ ἁπαξ, οὐδε δις ἐπιχειρησαντας . . . μετα γαρ την Ουεσπασιανου και Τιτου γενομενην ἐρημωσιν, ἐπι Ἀδριανου ςασαντες, αὐτοι οἱ Ἰουδαιοι ἐσπουδαζον ἐπι την προτεραν πολιτειαν ἐπανελθειν . . . συρρηξαντες τοινυν τῳ βασιλει, παλιν εἰς ἀναγκην αὐτον κατεςησαν παντελους ἐρημωσεως* Homilia tertia adv. Judæos p. 434.

æ) Wesselingii vetera Romanorum itineraria p. 592. Wilde neue Reysbeschr. 138. Korte Reise durch Aegypten nach Palästina, Syrien und Mesopotamien (ins. Sammlung d. merkwürd. Reisen in d. Orient, herausg. von Paulus, Jena 1792. 8.) 2 Th. p. 82-83. Maundrells Reise von Aleppo nach Jerusalem (ibid. Th. 1.) atque S. V. Münteri dissertationem über das Davidische Familienbegräbnisz unter dem Berge Zion, ins. Antiqvarische Abhandlungen (Kopenhagen 1816. 8.) p. 107.

ö) Cassii Dionis historiæ Romanæ ed. Reimarus (Hamburgi 1752 f.) *εἰς τον θεου τοπον ναον τῳ Διι ἑτερον ἀντεγειραντος, πολεμος ουτε μικρος οὔτ' ὀλιγοχρονιος ἐκινηθη.* Lib. LXIX (ex compendio Xiphilini) p. 1161. Grotius ad Apocalyps. XI, 2 non in Moria verum in Sione templum hoc exstructum fuisse asserit, Dioni Hebræorum, quos non nominat, auctoritatem opponens. Reimarus l. c., de veritate hujus narrationis ipse dubius: "Latius", inquit, "loquitur Dio, uti Scriptura S. etiam templum in monte Sion collocat . . . Non ausim vero defendere Sulpitium Severum, quando templum ab Hadriano in loco dominicæ passionis ɔ: monte Golgatha statutum ait." Sulpitii verba, a Reimaro excitata, hæc sunt: *Adrianus existimans se christianam fidem loci injuria perempturum et in templo ac loco dominicæ passionis dæmonum simulacra constituit.* Sulpit. Sever. lib. 2 p. 381 (ed. Hornius Lugdun. Bat. 1647. 8.) Quæ verba tamen discrimen templum inter atque locum dominicæ passionis innuere videntur: in templo fuit forsan Jovis statua, eo loco autem, ubi postea ædes, quam passionis ecclesiam dixere, exstructa est, culta fuit Astarte s. Venus. cfr. Eusebium de vita Constant. libr. 3 c. 30. Numi antiqui illustrati, in operibus selectis Joann. Harduini p. 8. it. Numismata ærea imperatorum in colon. percussa P. 1. p. 166. Paullo obscuriora sunt verba Paulini in epist. ad Severum (ab Hornio ad Severum l. c. laudata): *ubi sacra nati salvatoris infantia vagierat* (intelligitur locus præsentationis, quam dixere, ɔ: templum Judaicum) *illic Veneris lamenta fingentium lascivis luctibus infamis ritus ululabat.* Quæ auctoritas Veneris fanum in monte Moria exstructum fuisse, refragantibus omnibus veterum testimoniis, parum persvadebit: rhetoris nimirum potius quam historici partes Paulinus h. l. agit.

templi, teste Dione Cassio δ), *Jovi Capitolino* fanum dedicavit a), sua, ut videtur, addita imagine. Sylvam Jovi sacram Hadrianum hoc in monte plantavisse, asserit Pocockius, auctoritate nescio qua fretus b). Eutychium vero, qui de Aelia — l. c. 1, 354 — narrat: فسكنها اليونانيون وبنوا علي باب الهيكل الذي يقال له البها برجا — والبرج اليوم علي باب مدينة بيت المقدس ويسمي محراب داوود *turrem Davidis* c) cum ea moscheæ parte, quæ ab Arabibus محراب داود dicatur, permutasse suspi-

agit. Cassii Dionis fidem, ut ad hanc redeamus, eleganti ratiocinio probare studuit J. F. Plessing über Golgatha und Christi Grab. Ein historisch-critischer Versuch mit einem Grundrisz von der Gegend und Stadt des heutigen Jerusalem (Halle 1789. 8) p. 118. Cfr. Hieronymi verba mox laudanda. Exstat numus Hadriani cum hac inscriptione, ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ. ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. et in altera parte ΔΙΟΣ. ΝΑΟΣ. ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ. qui ante annum imperii Hadriani undevicesimum, quo demum Hierosolyma Aliæ nomine vocata sit, cusus esse debet. Cfr. Pagi critica antibaron. ad ann. CXXXII §. V.

a) *Και ϛησας το ἑαυτου εἰδωλον ἐν τῳ ναῳ, οἰκειν ἑλληνας ἐν τῃ πολει προςεταξε*, Cedrenus l. c. *Καθελων δε αὐτους (τους Ιουδαιους) ἐκεινος, και χειρωσαμενος, και τα λειψανα ἀφανισας παντα, ἱνα μηδε ἀναισχυντειν ἐχωσι λοιπον, τον ἀνδριαντα ἐϛησε τον ἑαυτου*, Chrysostomus l. c. p. 435. Templi exstructionem plane negat Epiphanius de mensuris et ponderibus (interprete Cornario, Basileæ apud Joannes Hervagium et Oporinum) p. 570: *Animo versat Adrianus exstruere urbem non tamen templum.* Epiphanio autem et forsan ipsi Chrysostomo fraudi esse potuere oracula illa de templo. Statua Hadriani, in templo posita, materiam forte præbuit Judæorum narrationi de Hadriano semetipsum Deum facere volente, v. Tanchum fol. 2, col. 1 med. Ut integra vero afferantur veterum testimonia, laudare liceat locum satis difficilem *Chronici paschalis* (cura et studio Caroli du Fresne, D. du Cange. Paris. 1688 p. 254 fol. *και καθελων τον ναον των Ιουδαιων των ἐν Ἱεροσολυμοις, ἐκτισε τα δυο δημοσια, και το θεατρον και το τρικαμαρον και το τετρανυμφον, και το δωδεκαπυλον το πριν ὀνομαζομενον ἀναβαθμοι και την κοδραν.*

b) Beschreibung des Morgenlandes, übersetzt v. Windheim (Erlangen 1754. 4) 2 Th. p. 23.

c) *Και εἰς την δυτικην πορταν της ἁγιας πολεως ἐϛιν ὁ πυργος ὁ δαυιτικος, εἰς ὃν ἐκαθισεν ἐπι σποδου, και ἐγραψε το ψαλτηριον*, Epiphanii Hagiopolitæ enarratio Syriæ, urbis sanctæ et sacrorum ibi locorum, ins. Leonis Allatii *συμμικτοις* p. 50. Accuratius describit Jacobus de Vitriaco: *Habet* (Hierosolyma) *a parte occidentali munitionem ex lapidibus quadris, cemento et plumbo fusili quasi indissolubiliter compaginatis, constructam, quæ ex uno ejus latere pro muro est civitati, et turris David appellatur,* p. 1079. Qualis hæc arx tempore expugnatæ Hierosolymæ fuerit, describit Willermus Tyrensis p. 747. *In occidentali, quasi in supremo montis vertice ecclesia est, quæ nomine montis dicitur Syon, et non longe ab ea turris David, opere constructa solidissimo, quæ quasi præsidium civitatis cum turribus, muris et antemuralibus sibi annexis, universæ sub se positæ præeminet civitati.* Quando

putans, quod, licet Judæa provincia Romana esset, Romanos adhiberi opifices, ædificiumque ad Romanorum gustum accommodari, minus necessarium esset, areamque templi a Terentio Ruso, Titi centurione, tracto vomeris sulco, solo æquatam esse sibi in memoriam revocans, certissimum operis Juliani, divinitus prohibiti, testimonium, quod vel Lardnerum meliora edocere posset, deprendere sibi visus est. Liceat tamen modestia, qua fas est, contra celeberrimi viri assertionem monere, quod, si vel illa, quæ de templo Herodis attulerit, tanquam concessa — num jure? dubito — sumantur, inde tamen parum probetur hypotheseos veritas. Chrysostomus n), cui Clarkius ipse potissimam in his tribuit auctoritatem, fundamenta tantum nudare, terramque amoliri cæpisse opifices — quod ante fieri debuisse, quam superstrui posset, svådet rei natura — necdum vero ædificavisse tradit. Nil ultra docent Ammiani Marcellini verba. Enimvero, si remoto mythico illo, quo pia male vexatorum Christianorum religio rem in facto positam ornavit, involucro, ad miracula atque portenta tum demum, quum plane nos destituat naturalis rerum ordo, recurrendum esse persvasum nobis habentes, in rei veritatem sobrio inquirimus animo, magna utique veritatis specie se commendat J. D. Michaelidis sententia, aerem in fornicibus subterraneis, qui per longum tempus clausi fuissent, flammam facile concepisse statuentis o). Tum vero rem illam inter laboris initia accidisse in promtu est. Quare ruinæ etiamnum superstites, si Romanis debentur nec serioris sunt ætatis, sive operis Hadriani, sive sanctuariorum sub Constantino institutorum reliquiæ esse videntur. In multis extra Italiam regionibus exstare monumenta operis reticulati, excitata Burmanni Sylloge epistol. Tom. 2 p. 191 docuit Winckelmann l. c. p. 358: in Palæstina pariter ac in Hispania Arabes ædificia, congestis veterum templorum reliquiis, exstruxisse testatur de Chateaubriand oo). Validum, Abdolmaleci filium, quum moscheam Damascenam conderet, opifices ab imperatore græco petiisse narrat Ben Abu Scherif noster, quod sæpius ab orien-

Winckelmanns Handschrift. insert. Winckelmanns Wercke herausgegeben von Fernow. Erster Theil p. 537 (Dresden 1808. 8)

n) l. c., sed in editione Bernardi de Montfaucon (Par. 1718 fol.) videnda est homilia *quinta* adversus Judæos Vol, 1, p. 646.

o) Von den Gewölben unter dem Berge Zion und des Tempels, insert. Göttingisches Magazin von Lichtenberg und Forster. 3ter Jahrgang St. 6 p. 822. Similia fere statuit S. V. episcop. Münterus ad narrationem Benjaminis Tudelensis de sepulchris Davidis atque Salomonis per duos amicos — ex viri illustrissimi conjectura, templarios — apertis, v. Antiqvarische Abhandlungen p. 113 et 115.

oo) F. A. v. Chateaubriand Reise von Paris nach Jerusalem durch Griechenland und Klein-Asien, und Rückreise durch Afrika und Spanien, übersetzt von Müller und Lindau, Leipz. 1812. 3 Bände. 8.

orientalibus factum monet cel. De Guignes p). Moschœam Hierosolymitanam, quæ a Francis in templum converteretur, *intus exteriusque variis marmoribus et tessellato opere condecoratum fuisse* tradit Phocas q). Quare nil impedit, quo minus Omar ad moscheam suam, cujus ruinæ illæ forte sunt, exstruendam græcos opifices adhibere potuerit. Sed ad Juliani tempora redeo: igne omnia, quæ exstarent, ædificia hausta fuisse, Chrysostomi ut credam auctoritati, induci nequeo. Verba lectoris Antiocheni: *και νυν εαν ελθῃς εις ἱεροσολυμα, γυμνα ὀψει τα θεμελια της γης εκεινης· κἀν την αἰτιαν ζητησῃς της κατασκαφης, οὐδεμιαν ἀλλ' ἡ ταυτην ἀκουσεις*, si minus exornationi rhetoricæ inserviunt, auctoris persvasioni subjectivæ, quam dicunt, deberi videntur r), quippe quum ætate Hieronymi, cui maxima constat in sanctæ terræ descriptione fides, templum Jovis, quamvis neglectum et a celebrantium turba desertum, nondum plane devastatum esset s). Quamdiu postea remanserit, utrum destructum fuerit, an in ecclesiam christianam conversum, minus liquet. Prudentius, qui Hieronymo coævus cecinit, templum in christianorum usum cessisse, his verbis docere videtur:

> Excidio templi veteris stat pinna superstes:
> Structus enim lapide ex illo manet angulus usque
> In sæclum sæcli, quem spreruut ædificantes:
> Nunc caput est templi, et lapidum compago novorum ss).

Po-

p) Notices et extraits des manuscrits de la bibl. du Roi. Tom. 3. p. 615.

q) Apud Allatium l. c. p. 22. cfr. Willermi Tyr. descriptionem infra positam. Anonymus de locis Hierosolymitanis apud Allatium l. c. p. 57.

r) Valet idem de Severo (hist. patriarcharum Alexandr., CD. MS. Arab. Paris., de qua retulere Renaudot in præf. operis mox laudandi, et Schnurrer in bibliotheca arabica. (Halæ ad Salam 1811. 8.) p. 147. En verba ejus: "(Julianus) in Persidem profectus transivit per Hierosolyma. Ibi vidit templum destructum, adeo ut vix parietinæ superessent, ex quo Vespasianus imperator illud destruxerat. Julianus vero jussit, ut, loco mundato, novum ædificium instauraretur." v. Renaudot hist. patriarch. Alex. Jacobit. (Par. 1713. 4.) p. 92.

s) Hieronymi comment. in Esaiam l. I. c. 2. (ed. Francof. ad Moenum et Lipsiæ, fol. T. 5t. p. 13) ad vers. 8: *et repleta est terra ejus idolis cætt. Ubi quondam erat templum et religio Dei, ibi Hadriani statua et Jovis idolum collocatum est.* Et comment. Lib. IV in Matthæum c. 24 v. 15 (Tom. 9, p. 58) *Abominatio desolationis potest accipi . . . aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo, aut de statua equestri Hadriani, quæ in ipso Sancto Sanctorum loco usque in præsentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem Scripturam idolum nuncupatur, et idcirco additur desolationis, quod in desolato templo atque destructo idolum positum sit.*

ss) v. Aurelii Prudentii Clementis quæ exstant, recensuit et illustravit Cellarius Halæ Magd. 1703. 8. (enchiridion) p. 498.

Pocockius t), nullo laudato veterum testimonio, simpliciter asserit: "Die Christen aber brachten wirklich eine Kirche auf diesem Platze zu Stande, die hernachmals von den Saracenen unter der Regierung des Omars in eine Moschee verwandelt wurde." Pariter J. D. Michaelis u) postquam de conamine Juliani locutus est: Freilich als nachher Justinian auf dem Tempelberg eine Kirche anlegte, hatte er das Glück, dasz ihm dergleichen nicht wiederfuhr, und er die seinem Stolze schmeichelnde Ehre ruhig genieszen konnte, in einer Inschrift mit einem für Salomon heruntersetzenden Bilde zu sagen, *ich habe dich übertroffen.*" Et alio loco idem: "Wahrscheinlicher Weise ist sie (die Mauer, womit der Tempelberg unterzogen war) bisz auf diesen Tag übrig, denn als Justinian auf dem Tempelberge eine Kirche baute, welche nachher in eine für sehr heilig gehaltene Moschee verwandelt ist, finden wir weder, dasz der Tempel von neuem untermauert, noch dasz er herabgeschoszen ist." Quorum duumvirorum auctoritate permoveor, ut Justinianum, qui omnes paganismi reliquias ubicunque exstirparet v), destructo Jovis fano novum in hac area templum condidisse credam. Maneat vero penes auctores fides: apud scriptores byzantinos equidem nihil hac de re inveni. Procopius, qui singulari opere, sex libros complexo, de ædificiis x) Justiniani agit, ecclesiam Deiparæ commemorat, sed, quum addat: *ἐπεςελλεν αὐτο ἰεςινιανος βασιλευς ἐν τῳ προεχοντι γενεσθαι των λοφων*, vix intelligi potest mons Moria, Sione minor y). Intelligendus hinc videtur sive mons olivarum, sive potius, quum locus urbi propior innui videatur, mons Sion, ubi Willermus Tyr. æ) ecclesiam sciscit, in qua *Salvator*

cum

t) Beschr. d. Morgenlandes 2, 23, ubi pariter, ante Julianum, Christianos loci potitos ecclesiam condidisse narrat.

u) Briefwechsel zwischen Michaelis und Lichtenberg über die Absicht oder Folgen der Spitzen des Tempels v. Götting. Mag. 3ter Jahrg. St. 5, 763. Von den Gewölben unter dem Tempelberge ib. St. 6, 825. cfr. Niebuhr über die Lage des Tempels zu Jerusalem in Ansehung der Gefahr bey Gewittern, insert. Deutsch. Museum 1780. Leipzig V. 1, p. 445 sq.

v) Henke Kirchengeschichte 1, 401. Greg. Abulfaradschii hist. compendiosa Dynast., arabice et latine ed. Pococke. Oxon. 1663. 4. p. 149, ubi tamen pro Justiniano Justinus intelligendus est, cui quæ sub Justiniano gesta sint, errore apud eos satis frequenti, assignant historici orientales, observante Renaudotio l. c. p. 153.

x) Ed. Paris. 1663. fol. pag. 102.

y) Niebuhr Zusatz zu den Bemerkungen über die Lage des Tempels zu Jerusalem v. Deutsch. Museum 1784. 2, p. 137, ubi mappa topographica adjuncta est.

æ) Gesta Dei per Francos (ed. Hannoviæ 1611) p. 750. Epiphanius Hagiopolita l. c. p. 50. Perdiccas Ephesius *περι των ἐν Ἱεροσολυμοις κυριακων θεματων*, apud Leon. Allatium l. c. p. 75. Korte l. c. p. 60. Pococke p. 15. Deiparæ sepulcrum pulcerrimum in monte oliveti commemorat Phocas p. 23.

cum discipulis cœnasse atque Spiritus S. super discipulos in lingvis igneis descendisse dicebatur, et piam Dei genetricem mortis solvisse debitum, veterum habebant traditiones, quæ vero nunc in moscheam conversa est. Ad situm ecclesiæ indagandum juvare forsan poterint verba, quæ apud Procopium sequuntur: προιοντι δε προσω ἡμικυκλια ἀλληλοις ἀντιπροσωπα ἑκατερωθεν της ἐπι το ἱερον ὁδȣ ἑςασι· ξενωνες δε της ἑτερας ἐφ' ἑκατερα δυο, Ιȣςινιανȣ βασιλεως ἐργον· ἁτερος μεν ξενοις ἐνδημȣσι καταλυτηριον· ὁ δε ἑτερος ἀναπαυςηριον νοσȣσι πτωχοις. Quum et olim, ex veteri traditione, ædificium tali usui dedicatum, posteaque Hospitale S. Johannis in Sione fuerint, Justiniani ædificia ibidem fuisse, conjectura non plane improbabili statuere liceat ö). Verum hæc doctorum relinquere judicio fas est. Me quidem judice hæc Deiparæ ecclesia, quam Justinianus ἀνεθηκε, diversa est ab altera illa Sanctæ Mariæ in monte olivarum, quam Procopius postea nominat inter ædificia ab eodem restaurata. Hierosolymæ, ait a), *restauravit* (ἀνενεωσατο) *hæc monasteria: S. Thaleleei, S. Gregorii, S. Panteleemonis in eremo Jordanis, Xenodochium Jerichuntinum, Ecclesiam Jerichuntinam Deiparæ, monasterium Iberum Hierosolymæ, Lazorum in eremo Hierosolymitana*, το της ἁγιας Μαριας ἐν τῳ ὀρει των ἐλαιων, *fontis S. Elisæi Hierosolymæ, Siletheos, Abbatis Romani.* Diversa porro est ab ea, cui in monte Moria Michaelis murum substructum fuisse negat; id quod de nostra Procopius diserte tradit. Quum ergo inter omnia illa ædificia nullum in area templi Salomonici commemoretur, rem tanto potius in dubio relinquendam puto. Quod si vere novum templum ibi sumitur exstructum, oritur nova de hujus fato quæstio; nam rudera tantum invenisse Omarum tradunt auctores arabici aa). Ad conjecturam rursus confugiendum est. Chronicon paschale ad annum 614 de Persarum invasione hæc

ö) "Et in monte Sion erat Hospitale, sive domus illa, ad quam, juxta librum Machabæorum, vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri, in quo postmodum Hospitale S. Joannis fuit ædificatum. Iste etiam locus erat, in quo discipuli pariter in eodem loco acceperunt spiritum s. Illic etiam aliud felix et immaculatum compactum corpus B. Virginis Mariæ, fuit resolutum, ubi ejus felicissima et beata anima, a corpore expirans, ipsum ad tempus dereliquit, quod postmodum in valle Josaphath assumptum fuit." Willebrand ab Oldenborg itinerarium (A. Chr. 1211) apud Allatium p. 150.

a) Lib. 5, c. 9. p. 107. Inscriptio, quam commemorat Michaelis, nec apud Procopium nec in nummis exstat. In Bandurii numismat. impp. Roman. a Trajano Decio ad Palæologos (Lut. Par. 1718 fol.) Tom. 2 p. 637 numismata ærea, vulgo medaglioni, commemorantur, quibus inscriptum est NIKO, quæ vero h. l. in censum venire nequeunt.

aa) Solus auctor libri Enisol Djelil fit tarikhi Kouds vel Khalil, moscheam — seu rectius forte murum moscheam ambientem — Græcorum tempore exstructum dicit. v. Fundgruben des Orients l. c. 375.



hæc habet: *τουτῳ τῳ ἐτει περι μηνα ἰουνιον θρηνων ἀπαυστων ἀξιον ἡμιν συνεβη παθος· μετα γαρ πολλων της ἀνατολης πολεων, ἡλω και ἱερουσαλημ· — ἐμπιπραται το δεσποτικον μνημα και οἱ περιβοητοι του θεου ναοι· και ἁπλως παντα τα τιμια καθαιρειται* b)· Quum Judæi — teste Eutychio 2, 213 — in templis diruendis Persis opem ferrent, hos ecclesiam Justiniani, in sacro monte constitutam, potissimum aggressos fuisse, suspicari in promtu est. Nihil tamen Eutychium, ecclesias vastatas recensentem, hac de re tradere ingenue profiteor. Omarum hic moscheam condidisse, quam Abdolmalecus postea — ut populum a Meccana sollennitate ad hanc pelliceret, atque ab Isaaco Ibn Zobair, qui, subrepto Ommiadis chalifatu, Assyriam et Arabiam teneret, facilius alienaret, — magnis sumtibus auxit, jam supra dixi c). Qualem sortem hæc moschea deinceps fuerit experta, paucis verbis Golius describit d): "A Chalifis tum Abbasidis, quorum tempore magnam partem terræ motu corruerat, tum Fatimidis, qui contra illos chalifatum erexerant in Africa et Aegypto, nec non variis Syriæ regibus, Atabecis, Ajubidis, Turcomannis, Circassiis multifariam instaurata fuit, sed emicante passim Mervanici operis splendore et elegantia."

Sufficiat jam potissima, quæ ad hujus moscheæ historiam pertineant, momenta sub facili conspectu collocasse, in singula cum critica *ἀκριβειᾳ* descendere, alii reservare tempori cogor, ad novam festinans disquisitionem, non rebus eam in facto positis innixam, sed in scævis solivagæ phantasiæ commentis totam versantem. Esse in summo apud Muhammedanos honore hanc moscheam, sacrisque celebrari visitationibus satis superque constat e). Imprimis heic venerantur قبة الصخرة, s. fornicatum *lapidis* fanum, in media area, quæ septem supra reliquam cubitis assurgit, octangulari structum forma f). Ibi lapis venerabundis visitur, cancellato diremptus septo, ad quem preces

b) l. c. p. 385. Hujus operis duo fuerunt auctores, quorum alter res ab orbe condito ad a. Chr. 354 exposuit, alter vero ad annum Heraclii vicesimum continuavit, cfr. Du Cangii præf. p. VIII. et Harles. introduct. in hist. lingvæ græcæ, Tom. 2, Part. 1, p. 482 (ed. sec. Altenburgi 1795. 8.)

c) Eutychius 2, 365. Elmacinus p. 58. Abulfeda Tab. Syriæ p. 10. (ed. Köhler. Lips. 1766. 4.)

d) In notis ad Alfragani elementa astronomica, arabice et latine. (Amstelodami 1669. 4.) p. 137.

e) Cfr. Bohaoddini vitam Saladini ed. Schultens (Lugd. Bat. 1732 fol.) p. 25. 77 et 89. Abulf. ann. mosl. 4, 84 et Reiskii not. ad h. l. Huic itineri nomen dicitur زيارة, quod quoque de viri sancti, Sultani, cætt. visitatione adhibetur. Quando de Muhammedanis sermo est, sola peregrinatio Meccana حج vocatur, tamen Hierosolymitano Christianorum itineri eadem cessit appellatio v. Geograph. Nub. ubi de Hierosolyma agit, atque Schultensii index geographicus ad Bohaoddinum s. v. Bethlehem. Maximum peregrinationi, quæ ab Hierosolyma Meccam instituitur, pretium tribuunt Arabes v. Fundgrub. d. Orients l. c. p. 381.

f) Golius l. c. Fundgruben d. Or. T. 2. p. 87. Muradgea d'Ohsson allg. Schilder. d. Othom. Reichs 2, 182. Chateaubriand Reise 2, 157.

preces fundere et in magnis rebus jurare sollennis mos est g). Lapidem describit Geographus Nubiensis his verbis:

وهو حجر مربع كالدرقة في وسط القبة راسها الواحد مرتفع عن الارض مقدار نصف قامة او اشف من ذلك وراسها الثاني لاصق بالارض وطول هذه الصخرة مقارب لعرضها تكون بضعة عشر ذراعا

ɔ: *lapis quadrnus est, scuto non dissimilis, in medio sacello repositus, eujus altera pars fere ad dimidiam hominis staturam vel minus elevata est, altera vero terræ adhæret. Longitudo latitudini æqua decem cubitorum est.* Abulfeda hæc habet: وارتفع الصخرة من الارض قريب القامة, quæ num doctissimus Köhler recte verterit: *Æquat a fundo inde ad verticem staturam hominis*, vehementer dubito. Repugnat Geographi Nub. auctoritas, repugnant verba illa, quæ in codice deleta p. 10 a Köhlero in nota afferuntur; quæ, si codex vere ipsius Abulfedæ fuerit, — id quod Köhler atque Reiske in præf. statuunt — ex Edrisii libro irrepere non potuere. Lapidem obliquo inclinari situ, innuere videtur Medschiroddin h). Subit facile mirari, quinam sit hic lapis? quo nomine sacer? Eum olim cælos inter atque terram suspensum fuisse, cælestium geniorum agmina huc descendere, hinc ad Dei solium viam patere, hinc ad cælos Muhammedem vectum fabulantur Medschiroddin atque Ben Abu Scherif i). Diserte vero Eutychius وهي الصخرة التي كلم الله يعقوب عليها وسماها يعقوب باب السما وسماها بنو اسرايل قدس القدس

ɔ: *Hic lapis est, super quo Deus Jacobum allocutus est, quam Jacobus cæli portam, Israe-*

g) Fundgruben l. c. 379. Bohaoddin l. c. 265. De jurejurando heic edito v. Bohaodd. p. 235. Abulf. Ann. 4, 451, ad quem locum Reiske ex Bohaoddini vita Sal. p. 268 observat, quando principes supremi Hierosolymæ agerent, vasallis apud hunc lapidem tributam fuisse investituram.

h) v. Fundgruben des Orients l. c. p. 88. cfr. Willerm. Tyr. descriptionem templi lib. 8. c. 3. Huc pertinent forte, quæ auctor noster tradit p. 26. Non lapidis sed cuppolæ altitudo describitur in the oriental geography of Ebn Haukal, an arabian traveller of the tenth century, translated by Sir William Ouseley. (London 1800. 4.) p. 59.

i) Fundgrub. d. Or. l. c. 88 et 386. Cod. Ms. nost. cap. tertium integrum. Καρ πλησιον αὐτης (piscin. probatic.) ἐςι τα ἁγια των ἁγιων — και ὁ λιθος κρεμαμενος. Epiphan. Hagiopolit. l. c. p. 50. Fabula hæc orta videtur exinde, quod سرداب s. catacomba ei subsit. v. Geogr. Nub. et Abulf. l. l. c. c.

Israelitae autem Sanctum Sanctorum appellavere k). Cui plane consentiunt Elmacinus et Phocas p. 22. Εισιν ἐν περι τα ἐυωνυμα μερη του ναου καμεραι δυο, ἐφ' ἁις ἱςορηνται, ἐν μεν τη μιᾳ ἡ ὑπαπαντη του δεσποτου χριςου, ὁτι και ἐν αὐτῳ τῳ τοπῳ ὁ δικαιος Συμεων τον δεσποτην χριςον ἠγκαλισατο· ἐν δε τη ἑτερᾳ, ἡν ὁ Ιακωβ εἰδε θαυμαςην κλιμακα, ἐςηριγμενην μεχρι του ὀρανου, και τους ἀγγελους του θεου ἀναβαινοντας και καταβαινοντας ἐπ' αὐτῃ, και ὁ λιθος ὑποκατω της ἱςορηθεισης κλιμακος αὐτος ἐκεινος ὁραται, ὁ ἐπι την κεφαλην τεθεις του Ιακωβ. Quae testimonia si cum supra commemoratis Arabum opinionibus comparantur, patebit, hanc non esse Christianorum orientalium meram assertionem l). Adfuerit necesse est Omari tempore lapis, quem singulari incolae cultu prosequerentur. Antiqua lustrantes monumenta duos lapides ab Aquitano peregrinatore commemoratos invenimus, alterum *lapidem angularem magnum*, alterum *lapidem pertusum, ad quem veniebant Judaei singulis annis, et ungebant eum, et lamentabant se cum gemitu, et vestimenta sua scindebant, et sic recedebant.* Quibus nominibus unum eundemque significari lapidem statuisse Theod. Hasaeum m) observat Wesselingius ad h. l., ipse dubitans. Angularis lapis, si vere diversus fuerit, — namcui inter tot fraudes verum expiscari licet — in ecclesiam christianam cessisse videtur, de qua Prudentius cecinit n). Pertusum lapidem ab Judaeis ungi, ad illius instar, quem Jacobus Gen. 28, 18 unxisse dicatur, jam Scaliger ad Euseb. Chron. n. MMCL. monuit. At teste Eusebio o) Judaeis ne urbem quidem ingredi licuit, sed procul stantes locum oculis lustravere. Quare peregrinatorem nostrum mystagogi dicta tantummodo referre memor, hunc lapidem non in medio montis, sed in ejusdem latere fuisse constitutum conjicio. Jam vero quum in parte Moriae australi exstructa sit Omari moschea p), eundem Arabes cum Judaeis lapidem venerari puto q). Duplicem difficultatem pariunt lapidis magnitudo et locus, ubi repositus

k) l. c. 2, 286. Elmacinus p. 28. Phocae verba lucem affundunt dictis aucteris nostra p. 26, init.

l) Quod statuit Golius ad Alfraganum p. 137.

m) Dissert. de Lapid. Fundam. Cap. IV. §. 19.

n) Enchiridion No. XXXI v. supra pag. XIII.

o) Comment. in Psalm. 58. Diversum lapidem commemorare videtur Niebuhr über die Lage des Tempels p. 447. Von der Grundmauer an der Südseite des Tempels soll noch würklich etwas sichtbar seyn. Ein überaus groszer Stein soll daselbst noch täglich von den Juden besucht werden; denn dass sie die Mauer von auszen ansehen, dasz ist ihnen nicht verboten.

p) V. delineationes moscheae, quae exstant apud Pocockium p. 23, et in Fundgrub. d. Orients p. 100. In mediam aream lapidem reposuit Abdolmalec v. Eutych. 2, 365. Elmacin. 58. Ben Abu Scherif. p. 14.

q) Nisi fabulae apud nosrum c. 3 obviae superstruere placet. Dicitur nimirum lapis olim 12 mil-

positus est, ad quam profligandam observationes quasdam ex studiis talmudicis h. l. depromere liceat. Omnes, in quibus Jacobus dormisset, lapides in unum conjunctos fuisse, legitur in Gemara ad tractatum חולין r). כתיב ויקח מאבני המקום וכתיב ויקח את האבן אמר ר'יצחק מלמד שנתקבצו כל אותן אבנים למקום אחד וכל אחת ואחת אומרת עלי יניח צדיק זה ראשו וכולן נבלעו באחד Jam apud paraphrasten chaldaicum, qui falso Jonathanis nomine venit s), exstat eadem fabula ad Gen. 28, 11., ubi commemoratur inter quinque, quae Jacobo obtigere, miracula: ניסא תניינא ארבעתי אבניא דשוי איסדוי אשכחינתהון בצפרא לאבנא חדא Pariter Targum Hierosolymitanum, ubi additur והיא אבנא דאקים קיימא קמא ואריק משח על רישא. *De loco lapidis* Rabbini dissentiunt. *Alii Deum*, verba sunt doctissimi L'empereur ad Benjamin. Tudel. p. 173, *veluti Hierosolymis cum Jacobo locutum enarrant; ubi scalam media sui parte Hierosolymis, suprema Betheli respondisse ferunt. Itaque Bethelem Hierosolyma esse affirmant, quod interpretes hac pacto excusant, ut istum scalae situm respexisse dicantur.* Respexit absque dubio L'empereur verba R. Josvae b. Sirae, quae Bereschit Rabba cap. 69. p. 103 exstant. Alii omnia loca, ubi patriarchis visiones contigisse ex rabbinica interpretatione dicuntur, v. c. Gen. 22, 2. 24, 63. 28, 11, ad Moriam referunt. Alii denique cum lapide fundamentali terrae eundem faciunt hunc. Sic legitur in *Jalkut Schimoni* ad l. l. ויקח את האבן אשר שם מראשותיו מה עשה הקבה' ברגל ימינו הטביע האבן עד עמקי תהום ועשה אותו סניף לארץ כאדם שעושה סניף לכיפה לפיכך נקרא אבן שתיה ששם הזה טבור הארץ ss) ומשם נמתחת כל הארץ ועליה היכל עומד שנאמר (Gen. 28, 22) והאבן הזאת אשר שמתי מצאבה יהיה בית אלהים:

 Hoc

milliaria altitudine aequasse, 12 tantum milliaria a caelis remotus. In eo Romanos, urbe potitos, templo exstructo, plures Deos ɔ: Trinitatem coluisse, lapidem vero conversum plus 70 hominum millia contudisse. Quod quum triplici vice accideret, eos demum metu perculsos templo exstruendo abstinuisse. Sermo utique de christianis esse videtur, verum — si modo quid veri subest — melius quadrat in Juliani conamina.

r) p. 91. col. 2 ed. Amstel. 1764 fol. cfr. recensionem operis talmudici, adjunctam Buxtorfii abbreviaturis hebraicis (Bas. 1640. 8.) p. 242.

s) cfr. Bertholdt historischkritische Einleitung in sämmtliche kanonische und apokryphische Schriften des alten und neuen Testaments. 2ter Th. §. 174. p. 583. Erlangen 1813. 8.

ss) Umbilicum terrae Judaeis dici Hierosolymam satis constat.

Hoc loco templum Dei huic lapidi superstructum fuisse narratur. Verum in Mischnaica Massichta Joma in secundo templo, quod arca divina careret, lapis fundationis, tres digitos a terra altus, cui thuribulum imponeretur, a vetustis inde temporibus fuisse diserte affirmatur:

משניטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים
ראשונים ושתייה היתה נקראת גבוהה מן הארץ שלש אצבעות ועליה היה נותן. t)

Et Gemara ad h. l. (fol. 54, 2.) docet hunc esse illum אבן פנה, quem se demisisse effatur Eloah Job. 38, 6. u). A lapide fundamentali nostrum diversum fuisse statuit Golius l. c. auctoritate, cui innititur, non significata: *Siquidem* — sunt verba Golii — *hunc cessisse volunt Judæi in templi altare, illum vero in ejus adyto fuisse coram arca, a Deo creatum in mundi fundamentum.* Paullo dissentit auctor libri תולדות ישו: *Et fuit eo tempore in domo sanctuarii* אבן השתייה, *qui est ille ipse lapis, quem inunxit Jacob pater noster oleo Gen.* 28. *In hoc lapide scriptæ erant literæ nominis Tetragrammati: et quicunque ex studiosis Israelitarum illud discebant, ii vastabant mundum. Propterea fecerunt constitutionem, ne quis illud disceret, et fecerunt illi duos canes, impositos duabus columnis ferreis, ante sanctuarium. Si quis ergo didicerat litteras illas, eum exire volentem canes allatrabant, ut præ timore iterum oblivisceretur illorum. Venit Jesus et ingressus didicit, et scripsit eas in pergameno, disciditque carnem femoris sui, et indidit illud ei, statimque prolato nomine, cutis concrevit, cætt.* v). Cfr. Targum Pseudojonathanis ad Exod. 28, 30. Ex Christianorum orientalium traditione الصخرة est lapis, in quo angelus, populi a Davide numerati percussor, consedit, quem postea David, poenitentia ductus, altare constituit (2 Sam. 22.) x), cui sententiæ Muhammedanos favere Golius l. c. tradit. Nihil hac de re habent auctores Arabes, quos quidem vidi: utramque traditionem

t) v. Surenhusii Mischna. P. 2, p. 233. Amstel. 1699. fol., ad quem locum Scheringhamius observat, pluribus antiquitatis populis lapides in honore fuisse, Apollonii Rhodii libr. 2 de Martis templo excitans:

εἰσω δε μελας λιθος ἠρηρειςο
ἱερος, ᾧ ποτε πασαι ἀμαζονες εὐχετοωντο.

u) Vocari ergo potuisse lapidem angularem, observo ad verba peregrinatoris Aquitani supra p. X. allata.

v) Ex versione Buxtorfii lex. chaldaic. talmud. rabbin. p. 2541. Versus exstat ille liber in Lutheri operibus T. XX. p. 2530-35. Alium lapidem foraminibus plenum in moschea obvium, duos pedes altitudine, dimidium vero pedem longitudine latitudineque æquantem, commemorat Chateaubriand 2, 163. et Modschiroddin Fundgruben p. 87.

x) cfr. Willerm. Tyr. lib. 8, c. 3. p. 748. Jacobus de Vitriaco hist. Hieros. c. 63. ubi fabulam de arca divina Judæorum in hoc lapide inclusa commemorat.



tionem commiscent Rabbini y). Ex iis, quae attulimus, patet antiquam fuisse Judæis fabulam de lapide permagno, in monte Moria sito. Hanc temporum decursu auctam sive per libros quosdam apocryphos, seu rectius forsan per Judæos et Christianos, quibus Muhammed et in Arabia et in Syria familiariter usus fuerit æ), ad novæ religionis conditorem devenisse statuens, a veritate non procul aberrare mihi videor. Jam facile intelligitur, cur Muhammed nocturnum sibi ad cælos iter per Hierosolymam factum finxerit. Mihi quidem semper mirum videbatur, curni sive a Mecca, pia canæ vetustatis religione celebrata, sive a sacro monte Harra, ubi nocturna, qua prophetico munere ornaretur, visio ei contigisset, se ad cærulea templa raptum asseruerit. Jam in promtu est responsum: Hierosolymæ esse scalam ad cælos pertingentem audiverat: hac erat transeundum. Quam conjecturam peritissimorum Censorum judicio commendatam volo.

Moscheæ Hierosolymitanæ descriptionem, quam ex cruciatarum expeditionum scriptoribus, Topographiis Allatii *συμμικτοις* insertis, Geographo Nubiensi atque Ben Abu Scherifii Codice adumbrare constitueram, brevitati studens omitto. Externam moscheæ formam descripsere Pocockius, Clarkius, et alii peregrinatores: Ignota magis est interna, quum nemini christiano intrare liceat. Clarkio Pascha ingrediendi veniam sine capitis sui periculo dare posse negavit. Exhibet tamen illustr. Chateaubriandii itinerarium relationem Patr. Rogeri, qui Muhammedanorum zelum arte fefellisse videtur. Ad hunc atque Modschiroddini descriptionem, quæ in volumine secundo libri, Fundgruben des Orients, exstant, lectores remitto. Modo ex Willermi, archiepiscopi Tyrensis, historia ö) quædam excerpere placet, quæ obscuram Ben Abu Scherifii narrationem illustrare queant: *Forma*, ait, *hujusmodi est: Platea quantum arcus vix jacere potest habens longitudinis, et latitudinis tantundem, quadrangula et æquidistantibus contenta lateribus, muro circumdata est valido, altitudinis moderatæ: in quam ab occidente duabus portis introitur, quarum altera dicitur speciosa . . . alterius vero certum nomen non tenemus. A Septentrione vero una; ab oriente quoque*

y) cfr. commentarium כלי יקר ad locum Samuelis excitatum, ins. editioni Bibliorum Amstelodamensi A. 1726. Vol IV. fol.

æ) cfr. S. V. Hartmann Gemählde von Arabien von den ältest. Zeit bis auf Muhammed, zur bessern Würdigung dies. Propheten und sein. Korans. p. 315-334 et præsertim 337-357. ins. Aufklärung üb. Asien, zw. Band. Oldenburg 1807. Muhammeds Religion aus dem Koran dargelegt, erläutert und beurtheilt v. Cludius. Altona 1809. 8. p. 433 502. Tanquam Muhammedis doctores traditio nominat Judæum Abdiam Ibn Salam, Abdallah dictum, et monachum Sergium s. Bohairam v. Cludium p. 38. Hartmannum p. 355.

ö) Lib. 8, c. 3. (Gest. Dei per Francos Hanov. 1611. fol. T. I, p. 748.

quoque alia, quæ usque hodie porta aurea dicitur. Ab Austro vero domum habet regiam, quæ vulgari appellatione Templum Salomonis appellatur. Super singulas autem portas, quæ urbi sunt conterminæ, et per angulos prædictæ superficiei turres erant sublimes admodum, in quibus certis horis superstitionis Sarracenorum sacerdotes, ut populum ad orationem invitarent, ascendere consueverant: quarum quædam adhuc supersunt, quædam vero variis casibus depositæ. Infra hæc igitur septa nemini habitare, nemini etiam introire, nisi nudis et lotis pedibus permittebatur, janitoribus per singulas portas constitutis, qui hujus rei curam haberent diligentem. Porro in medio hujus sic circumseptæ areæ planities iterum quædam est eminentior, eodem modo quadrilatera a lateribus subjectæ ex omnibus partibus æquidistans: ad quam a parte occidentali, duobus locis per gradus, et ab Austro totidem, ab oriente vero uno tantum ascenditur: in cujus singulis angulis, singula erant oratoriala, quorum quædam adhuc exstant: quædam vero, ut alia ibi construerentur, deposita sunt. In hujus superioris areæ medio Templum ædificatum est, forma quidem octogonum, et laterum totidem; intus et deforis marmoreis tabulis et opere musaico decoratum: tectum habens sphæricum, plumbo artificiose coopertum. Harum utraque plutearum tam continens et inferior, quam superior et contenta, albo strata est lapide, ita ut hybernis temporibus aquæ pluviales, quæ plurimæ de Templi descendunt ædificio, quasque aliunde non pauciores excipiunt, limpidissimæ et absque cæno in cisternas defluant, quæ plurimæ infra septa prædicta continentur. Intus vero in medio Templi, infra interiorem columnarum ordinem, rupes est aliquantulum eminentior, cum subjecta ex eodem saxo spelunca, supra quam sedisse angelus dicitur, qui, propter dinumerationem populi a Davide incaute factam, percussit populum. Ubi postmodum . . altare . . construxit. Hæc autem ante nostrorum introitum et postmodum annis quindecim nuda patuit et aperta: postea vero, qui eidem præfuerunt loco, albo eum cooperientes marmore, altare desuper et chorum, in quo clerus divina celebrat, construxerunt a).

Nota

a) Temperare mihi nequeo, quin describam verba Joannis Wildii, cujus — ea tantum, quæ ipse viderat, referentis fidem vel errores confirmant. Leguntur in libro perraro: Neue Reysbeschreibung eines Gefangenen Christen: Wie derselbe neben anderer Gefährligkeit zum sibenden mal verkaufft worden (von Ao. 1604 bis 1611) — Insonderheit von der Türken und Araber Jährlichen Wallfahrt von Alcairo nach Mecha, ihren Opfern vnd Ceremonien daselbsten: Von desz Mahomets Begräbnisz zu Medina Talnabi: Von dem roten Meer und einer drey viertel jährigen gefährlichen Schiffart nach Gemen ins Abyssiner Land: Vom Berg Synai. Item von der Statt Jerusalem, desz H. Grabs, desz Tempels Salomonis, und der Statt Damasco, Cypern, Rhodis, Wie auch der grossen Statt Alcairo und dem Flusz Nilo,

sampt

Nota omnibus est celeberrima, cujus sæpius apud nostrum auctorem mentio fit, resurrectionis ecclesia, diversorumque, quæ subiit, fatorum historia, donec ante paucos annos flammis hausta est b). Hanc, ab orientalibus christianis كنيسة القيامة voca-

sampt der Egypter Gebraüch und Sitten etc. Nürnberg 1623. 4. p. 133. "Den andern Tag frü morgens stund mein Herr auf, wusch sich mit frischem Wasser nach ihrer Gewohnheit, darnach sprach er zu mir, ich solte mit ihm gehen, wenn ich die Came Sulleman wolle sehen, (also nennen sie den Tempel Salomonis) Ich ging mit ihm und war fro, da führet er mich hinein, Als ich in Vorhof kam, sprach er, ich solte hingehen zu dem schönen Röhrenkasten, welcher im Hof stehet, mit Marmelstein eingefasset, vnd aussen herumb ein Gitter, daselbst sie sich pflegen zu waschen, ehe sie hineingehen, und solt mich waschen, solches thett ich, als ich mich aber gewaschen, gieng ich hinein, und satzte mich nider auf die Erden (wie sie denn pflegen in ihren Kirchen nach der zeil zu sitzen) bisz sie anfingen zu beten, darnach kam ihr Pfaff, und betet ihnen vor, ich aber betet in meinem Herzen zu Gott, Da sie aber ihr Gebet verrichtet hatten, hielt ihr Pfaff, welcher auf Türkisch Immam Hotscha genennet wird, eine Danksagung, die musten sie nachsagen, Gott und dem Mahomet zu Lob und Dank, dasz sie frisch und gesund allda ankommen weren, und sie auf der Reys weren behütet worden, darnach beteten sie an ihrem Pater noster vnd beschlossen endlich Gebet mit einem grossen Heulen und Schreyen, solches wehret bey einer Stund, darnach sahen wir uns in dem Tempel vmb, der ist inwendig mit schönen Alwaser Steinen gemacht, schöne Teppich auf die Erden gebreitet, mit Seyden gewirckt, auf die Alwaser Stein ist mit Gold auff Arabisch geschrieben. Es stehen auch zwo grosse weisse Wachskerzen, dicker als ein schenckel auf 2 silbern Leuchtern, vnd hangen ettlich 100 Lampen darinn, der Tempel ist oben herumb rund, der Vorhof grosz, und hat ettliche Thor, auswendig ist der Tempel achteckicht, vnd darf kein Jud oder Christ hineinkommen, vnd wenn einer darinn begriffen wird, muss er zum Türken werden, oder dasz Leben verlieren, Der Vorhof ist mit schönen Marmelsteinen Qvaterstücken gepflastert, und hat ein grosse weitung innen, Neben dem Tempel stehet eine kleine Capellen, darinn ist ein hoher Stein, gleich einem Altar, vierecklicht, und mit einer schönen Deck vberdeckt, und stehen auch einige Wachskertzen darinnen, allda ist frisch kül Wasser, welches die Türken nennen Sebil, da gehen sie hin, vnd thut einer einen Trunck Wasser. In dem Tempel seyn grosse schöne Bücher auf Arabisch geschrieben, die ligen auff Pulten, In summa, es ist ein schöner Tempel, vnnd ist schad, dass ihn der verfluchte Türck vnter seinem Gewalt hat. Da wirs nun gnug gesehen hatten, ging ich mit meinem Herrn wieder heim, und sagte er mir, dasy viel 1000 Türcken das nicht gesehen hetten, was ich gesehen, darumb solte ich fleissig seyn, weil ich soviel Gnade bey Gott hette."

b) De Chateubriands Reisen 2, p. 87.

vocatam, autor noster nomine in contumeliam mutato كنيسة القمامة, s: *κοπρήματος s. sterquilinii ædem* dicere amat c).

§. 3. De auctoris fontibus, fide et arte historica.

Modico itineraria conscribendi amore ducuntur Moslemi. Voluptatis causa nemo, si solos Dervischos exceperis, itinera instituere solet. Qui vero negotiis coacti proficiscuntur, aliis occupati studiis nil fere ex iis, quæ præsentes viderint, litteris mandant d). Latent tamen in bibliothecis magnis non paucæ descriptiones sacrarum urbium, quas ut visitent, Moslemis svadet pia mentis religio. Hierosolymæ atque Hebronis laudes multi Schafeitæ, ut ex sequentibus patebit, posteritati tradidere. Cujus rei causa mihi exinde videtur repetenda, quod hujus sectæ Imamis ante imperium Otsmanorum preces in ipsa moschea Alaksa præeundi honorifica sors cecidisset e). Hinc factum videtur, ut auctor noster ad hunc librum condendum accesserit; hinc factum, ut Salahoddini cæterorumque Ajubidarum, omnium, solo Moadhamo Issa excepto, huic sectæ addictorum f), rebus gestis lubentissime immoratus fuerit. Quum ea quæ cel. De Guignes de duobus auctoris nostri codicibus, quæ in bibliotheca Regia Parisiensi exstant, retulerit g), sufficere videantur, excerptum, quem in schedulis servo, argumenti geographici conspectum omittendum duco. Auctoritatem sibi, tanquam testi oculato, debitam, ipsum, fabularum mythicarumque traditionum cupidissimum, vehementer infregisse negari nequit: quod tamen non pauca bonæ frugis apud eum inveniantur, consentit cel. De Guignes. Quoniam vero fides ejus in historicis ab auctoribus, quibus usus fuit, tota pendet, de his jam accuratius anquirendum est. Absoluta se

c) Aliam quidem derivationem, nec vero ipsi, ut videtur, probatam, exhibet Golius ad Alfraganum p. 139. Significat nimirum قمة capitis verticem, tum كنيسة القمامة foret idem ac mons calvariæ.

d) cfr. beat. Diez præf. ad Kjatibi Rumi Spiegel der Länder, ins. Ejusd. Denkwürdigkeiten von Asien, Berlin und Halle 1813 V. 2, p. 133. Ibrahim Efendi præf. ad editionem Constantinopolitanam geographiæ Hadschii Chalfæ, v. Specim. acad. geographiæ orientalis, turcico-latine, Præside Cel. Dr. Matthia Norberg. (Lundæ 1794. 4.) p. 2.

e) Fundgruben des Orients l. c. 99 et cel. Hammeri not. ad h. l. It. Muradgea d'Ohsson 1, 22 sq.

f) Abulfedæ Ann. Mosl. 4, 336.

g) Notices et extraits des manuscrits de la bibliotheque du Roi. Tome troisieme, (Par. 1790. 4.) pag. 610-617.

eo Hierosolymæ visitatione plures hujus argumenti libros consuluisse, certiores nos in præfatione reddit. Primo quidem loco nominat librum مثير الغرام الي زيارة القدس والشام h) auctore الشيخ الامام العالم شهاب الدين ابو محمود احمد بن محمد بن ابراهيم بن هلال بن تميم بن سرور المقدسي الشافعي Extant hujus codicis duo, vel forte tria exemplaria in bibliotheca regia Parisiensi, ex cujus catalogo i) patet hunc librum in duas partes dividi, quarum prior agat de Syria et Palæstina, altera vero de templo Hierosolymitano ejusque laudibus. Si quid ex cognomine مقدسي atque genealogia ad Temim, Hebronis dominum k), relata conjicere licet, auctorem Schafeitarum Imamum Hierosolymæ fuisse putaverim; at auctoritati, quæ inde posset derivari, repugnat Köhleri — forte nimis severum — judicium, qui in præfatione ad Abulfedæ tabulam Syriæ: *Diligentius*, inquit, *tractavi, quod ex eo mihi multum præsidii sperabam, librum, qui in catalogo Bibl. Leid. n. 1716. Leg. Warn. 314 exstat, et, sub titulo peregrinationis Hierosolymitanæ ac Syriacæ, hujus urbis et totius Syriæ descriptionem continet, et possem, nisi ea res nos longius abduceret, omne libri argumentum breviter enarrare: sed parum utilis est liber, fabulisque plusquam anilibus refertus.* In Catalogo Parisiensi l) opus anno Hedsch. 75* absolvisse, vitamque a. 765 finiisse dicitur, qui annus ab Hadschio Chalfa significatus est. Laudatur etiam a Ben Abu Scherifo commentarius in hunc librum m).

Potissimum vero usus videtur libro الروض المغرس في فضايل بيت المقدس auctore الشيخ الامام العالم العلامة الحبر الفهامة سيد الاشراف وواسطة عقد المنتميين بالنسب المنيف الي عبد مناف شيخ الاسلام وعلامة العلما الاعلام تاج الدين ابو نصر عبد الوهاب الحسني الشافعي الدمشقي Quem librum n) sua copia facere dicit, ut omnibus aliis facile possimus carere; ex hoc

h) Persæpe in Codice Hauniensi vitiose scribitur مشير.

i) Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecæ regiæ Tom. 1. (Par. 1739 fol.) Num. 716. 1). p. 175. N. 842. p. 189. N. 841. 1). p. 189.

k) Fundgruben des Orients p. 141. Ben Abu Scherif cap. 13.

l) p. 175. N. 716. At Num. 814 (p. 189) notatus est Codex, cui inscribitur Mothir algaram elaaziaret ol Cods, auctore Schehaboddino Abu Mahmud Ahmed Hierosolymitano, qui a. H. 583 absolutus dicitur. Heic vitium latere suspicor.

m) Cfr. Bibliotheque orientale par M. D'Herbelot (Par. 1697 fol.) p. 645 b. s. v. Mothir.

n) Verbo tantum commemorat D'Herbelot s. v. Tarikh alcods.

hoc se permagnam in describendis veterum traditionibus cepisse utilitatem. Quo anno vixerit, compilator Hadschii Chalfæ, qui eum الحسيني المقدسي vocat, non annotavit. Qvos vero libros in usum suum converterit, recenset Ben Abu Scherif. Nimirum:

A.) فضائل (فضايل) القدس auctore الشيخ الامام الحافظ ابي الحافظ شيخ الاسلام الفرج عبد الرحمن بن الجوزي, qui rursus excerpserat Imami ابي القاسم علي ابن الحسن بن هبة الله بن عساكر librum o), cui nomen الجامع المستقصي في فضايل المسجد الاقصي. Qui liber nullis addimentamentis adulteratus esse potuit, quum prima pars in consessu doctorum in moschea Hierosolymitana ab auctore prælecta esset atque nono die mensis Ramadan anni 596 consignata: secunda pars ab auctore quoque consignata septimo die mensis Rabi olavval a. 598; tertia vero ab Imamis doctissimis Tadschoddino Abdorrahman b. Daja Kararita atque Abubecro Zakaria Jahia Nuvavita et aliis, prælegente doctissimo Fakiho Scharfoddino Ahmed b. Daja Kararita. Excerpserat pariter Ben Dschuzi librum p) كتاب الانس في فضايل القدس, auctore Hafitsi patrueli القاضي الامام, العالم الثقة امين الدين احمد بن محمد ابن الحسن بن هبة الله الشافعي cujus tamen ultimam partem non auctor ipse, sed nescio quis in moschea Damascena die Jovis, decimo quinto mensis Schawal a. 603 prælectam consignaverat. Non videtur magnopere a præcedenti libro fuisse diversus, quum auctor ipse suum se opus ex Hafitsi Abu Muhammed Kasem Ibn Hafits Abu Casem الجامع المستقصي consimiles suas traditiones hausisse fateatur. Magna vero auctoritate in historia Salahoddinii gaudent hi duumviri, testes coævi; nam, teste Hadschi Chalfa, Aminoddin Ahmed circiter A. H. 603 floruit.

B.) باعث النفوس الي زيارة القدس المحروس auctore Borhanoddino (الفزاري ut in Cod. nostro atque apud Hadschium Chalfam legitur, s. Karari, quo nomine Herbelotio dicitur). Alkazaoui eum vocat celeb. De Guignes, qui ex codice Parisiensi de eo retulit q). Adhibuisse se dicit Hafitsi b. Asakir المستصفي (l. المستقصي) atque Abu Maalii Moschrifii b. Mardschia Hierosolymitani فضايل القدس والشام. Verum enimvero in excitandis ad Hierosolymæ visitationem religiosis, describendisque com-

o) Cfr D'Herbelot l. c.
p) Cfr. D'Herbelot p. 915 b. s. v. Uns.
q) Notices et extraits des manuscrits de la bibliotheque du Roi, Teme trois. p. 605-610.

commodis inde ad animarum salutem redundaturis totus adeo versatur, ut historiam, teste De Guignes, non nisi obiter tangat, eamque incertam admodum et magna ex parte fabulosam.

C.) اعلام الساجد باحكام المساجد للشيخ بدر الدين (محمد بن عبد الله) الزركشي Ab Hadschi Chalfa nostro ad a. 797 refertur. Commemoratur hic liber una cum صحيح البخاري tali ratione ab auctore nostro F. 113 a, ut non celebratum illud per totum orientem traditionum authenticarum corpus r), sed commentarium ejusdem, a Bedroddino conscriptum, innui suspicer.

D.) تسهيل المقاصد لزوار المساجد للشيخ شهاب الدين احمد بن العماد الاقفهسي (الاقفهسي H. Ch.) الشافعي. Excitatur a d'Herbelotio p. 874 b. nomine alcassed lezaour almessaged: dicitur continere tractatum de moschearum visitatione. Testibus D'Herbelotio et Hadschi Chalfa a. Hedschr. 807 s. 808 mortuus est auctor.

E.) Partem libri فضايل الشام ودمشق للشيخ ابي الحسن علي بن محمد بن شجاع الربعي (الرافعي H. Ch.) المالكي, quam auctor A. H. 435 (Chr. 104¾) Damasci prælegerat, et Borhanoddin Fazari, de quo supra, in compendium redactam, vocaverat اعلام بفضايل الشام. Hunc librum d'Herbelot s) non sine laude commemorat.

F.) Denique مثير الغرام في زيارة الخليل عليه سلام, cujus auctor اسحق بن ابراهيم بن احمد بن كامل التدمري الشافعي Chatib atque Imam Hebrone fuerat, cui magnum auxilium præstiterant duo Scheichi, عبد الرحيم الاسنوي et سراج الدين البلقيني. In duobus codicibus, qui Parisiis latent t), auctor,

r) De Bocharico disseruere V. D. Rink (De Abu Abdollah, Muhammede, filio Ismaelis, vulgo Bocharico, corporis traditionum muhammedicorum in oriente præ cæteris celebrati auctore, ins. Fundgruben des Orients T. 2, p. 201 sq.) Herbelot s. v. *Bokhari* et *Sahih*. Stewart descriptive catalogue of the oriental Library of the late Tippoo Sultan of Mysore No. 126; cfr. (Lorsbachii ?) censuram ins. Ergänzungsbl. zur Jenaisch. Litteratur-Zeitung 1815. No. 10. Muradgea d'Ohsson l. c. 1, 19.

s) p. 339. b. s. v. *Farazi*, surnom de Borhaneddin Ibrahim, dont nous avons une histoire de Damas fort complete, sous le titre d'Eelam befadhail alscham. Cet auteur ne parle pas seulement dans son ouvrage de la ville de Damas; mais il s'etend aussi sur les autres lieux de la Syrie, dont il avoit une plus particuliere connoissance.

t) Catalog. Cod. MS. bibl. reg. Par. p. 175. No. 716. 2). et p. 189. No. 841. 2), cfr. Herbelot p. 745. b. s. v. Mothir.

auctor, qui cognomine Abulfedæ appellatur, a Hedsch. 853 mortuus dicitur. Hinc patet Abd ol Vahabum Ben Abu Scherifio coævum fuisse: quod plurimis titulis longæque, quibus eum honoris causa nominat, mentionis ambagibus probari videtur. Auctoribus ab Abd ol Vahabo adhibitis debetur, ni fallor, libri, cujus specimen jam sequitur, diversa indoles et ratio sibi parum constans: horum ductus auspiciis nunc inter mythorum devia errat, nunc firmo incedit talo. De traditionibus, et de iis præsertim, quæ ultra Muhammedem adscendunt, valet plane doctissimi Volneyi assertio u), que toute tradition sur la haute antiquité est aussi nulle chez les orientaux, que chez les Européens: les faits de cent ans, quand ils ne sont pas écrits, sont altérés, dénaturés, oubliés . . . et que, dans toute la Syrie, les Mahométans, comme les Juifs et les Chrétiens, attribuent tous les grands ouvrages à Salomon; non que la mémoire s'en soit pérptuée sur les lieux, mais parce qu'ils font des applications des passages de l'ancien Testament: c'est, avec l'Evangile, la source de presque toutes les traditions. Hisce causis accedit maxima apud hos populos credulitas. Hinc orta est traditionum de expugnata per Omarum Hierosolyma diversitas, quam memorant Ben Abu Scherif (p. 2) et Sojuti v). Duos, quos exhibet auctor noster, junctæ Omarum inter et Hierosolymitanos pacis libellos, authentica esse monumenta minime equidem credo x): refra-

u) Voyage en Syrie et in Egypte. Tom. sec. (Par. 1787. 8.) p. 225.

v) Hist. Hierosolymit (Cd. MS. Huntington. No. 510) apud Ockleyum l. c. 1, p. 260.

x) Ingenue fateor mihi quidem idem valere videri de libello, quem cel. v. Hammer Fundgruben des Orients T. 5. p. 67 sqq. exhibuit: Sened, d. i. Vertragsurkunde von Omar Ibn al Chattab dem Patriarchen (Zephyrinus) von Jerusalem unter seinem Siegel gegeben. Eingeschicht von S. E. Ritter v. Italinsky Russisch-Kais. Gesandten zu Rom, und übersetzt von Jos. v. Hammer. Dubito equidem, num Omar tanta sectarum christ. cognitione gavisus fuerit, ut Jacobitas et Nestorianos ab orthodoxis discernere, et patriarcham Melchitam appellare novisset; num Arabibus tunc temporis de Georgiis, Armeniis et Coptis quid constiterit; num vocabula سلطان et رعايا tum fuerint usu recepta; num Omar — pro generosa, qua excelluit, animi indole — ecclesiam christianorum in tali libello القمامة dicere sustinuerit? Vocab. السريان ab eo tempore, quo græcis geographis Arabes operam navare inceperint, et voc. الافرنج a tempore expedit. cruciatarum repetere solent philologi. Post devictam Persiam demum instituta videtur æra muhammedica, cfr. Abulf. ann. 1, 62 et 240. Quid de pecunia patriarchæ ab omni peregrinatore solvenda statuam, nescio. Descriptio speluncæ Bethlehemiticæ, a tribus Austrum, Septentrionem et Occidentem spectantibus portis desumta, ab otioso potius Fakiho, ostentationis cupido, quam a strenuo chalifa exspectari potest. Ex diversis, qui ad nos pervenere, hujus pacis libellis, is utique, quem Eutychius exhibuit, et Elmacinus auctoritate sua quasi comprobavit,

refragatur eorum et a se in vicem et ab iis, quæ apud Eutychium et Elmacinum exstant, dissensio; ad cognoscendam vero, qua postea Christiani in Palæstina usi sunt, conditionem apprime idoneos puto. In describenda moschea ab Abdolmaleco exstructa antiquorum forte auctorum vestigia premit noster. Expugnatæ a Godofredo Hierosolymæ chronologiam pervertisse videtur codicis descriptor. At in historia Salahoddini Ajubidarumque maximam præ se fert auctoritatem hic liber. Testes excitantur Triumviri, inter historicos celeberrimi, Omadoddin Isphanensis, qui Salahoddino a secretis fuit, Ben Atsir, cujus frater fuit Vezir Afdali, filii Salahoddini, atque Ibn Dschuzi, qui a. H. 579 opus suum absolvit y). Utrum auctor noster ipse hos libros inspexerit, an apud auctores suos excitatos invenerit, asserere non audeo: hoc constat eos sæpissime laudari. Mirum sane, egregiam Bohaoddini historiam, nisi forte sub nomine صحايف حسانة (Salahoddini) lateat, nullibi commemorari. Diversissima est orationis Ben Abu Scherifii indoles, auctoribus, quibus utitur, plane obnoxia: mox terse atque

bavit, propter nervosam brevitatem masculo atque vegeto primorum Islamismi temporum ingenio maxime digna videtur. Verum hæc absque omni præjudicio dicta sunto. Respicit sane hic libellus commeatum Christianis Arabibus a Muhammede datum, cujus exemplar Vir celeberrimus mox se editurum promisit, primorum Mollaorum subscriptione confirmatum; (si alias Turcis major quam Christianis fides in rebus tribuenda, a traditionis arabicæ atque græcorum latinorumque auctorum consensu unice repetendis.) Parum vereor, ne sententiam meam libere profitens, immodestiæ mihi notam inuram: juniorem, si quem, modeste dubitare decet: sedatioris ætatis est, iis, quæ, instituta severa crisi, vera atque genuina invenerit, fidem addicere.

y) De Omadoddino cfr. Schultens præf. ad Bohaoddini vitam Sal. p. 7. et excerpta p. 1-26. Schnurrer biblioth. arab. p. 149. Herbelot s. v. Emad. Abulfed. ann. 3, 614. Relation de l'Egypte par Abd'allatif, traduit par M. de Sacy. à Paris 1810. 4. p. 489. Exstant codices ejus libri in Bibliothecis Parisiensi, Lugdunensi et Oxoniensi, cfr. Catalog. Cod. MSS. orientalium bibl. Bodleyan. (ed. Uri) Oxon. 1787 f. p. 171 et 179 No. 824 et 775. De Ibn Atsiro v. Histoire des princes Athabeks par Aboulhasan Aly, surnommé Azz-ed-din, fils d'Alathir, par M. de Guignes, ins. Notices et extraits des manuscr. de la bibl. du Roi. Tom. 1. Par. 1787. 4. p. 542-78. Wilken commentatio de bellorum cruciatorum ex Abulfeda historia (Götting. 1798. 4.) p. 2-4. Köhler in Repertorio für bibl. und morgenländische Litteratur 2, p. 32. De Sacy in Magazin encyclopédique, redigée par A. L. Millin. (Par. 1799) Tom. 5. p. 196-98. De Ibn Dschuzio v. Casiri biblioth. arabico-hispan. escurialens. (Matriti 1770 fol.) Tom. 2, p. 28. No. 1639. Reiskii prodidagmata ad Hagii Chalifæ librum memorialem rerum a Muhammedanis gestarum, exhibentia introductionem generalem in historiam orientalem, ad calcem Abulf. tab. Syr. ed. Köhler p. 234 et 238. Diversus vero est hic مراة الزمن auctor شمس الدين ابي مظفر يوسف سبط ابن الجوزي ab Ibn Dschuzio paullo ante laudato.

atque tranquille cum Ben Atsiro incedit, mox cum buccinatore belli sacri Saladinici, quem vocat Schultensius, plusquam Pindaricis pennis per auras, per nubes, per astra rapitur, elato inflatoque tumori non indulgens, non habenas illi laxans, sed folles, sed ventos addens, verum ad copiam simul inexhaustam, ad nativam lingvæ arabicæ vim mire prælucens eoque nomine commendandus. Artem nostri historicam non magnopere laudaveris: ab elegantia Abulfedæ, Abulfaradschii et Fachroddini longissime abest. Traditiones atque excerpta historica, servatis auctorum verbis, — interdum inepte satis — consarcinat: sic — ut hoc utar — p. 28 Salahoddini mortem exponit, et fausta quævis piæ animæ apprecatur, narrationi quasi finem facturus; mox vero ad res gestas ejusdem pertexendas redit. Addit vero hæc ἀκρισια libro majorem fidem, ita ut meo jure sperem hanc, quam tractandam mihi sumserim, particulam — quamdiu Ibn Dschuzii, Omadoddini atque Ibn Atsiri opera in bibliothecis inedita lateant, historiæ amicis non fore injucundam. Qua arte, quo judicio Abulfeda, historiographorum arabum facile princeps, auctoribus suis usus fuerit, attento Ben Abu-Scherifii lectori facile patebit; nec paucis in locis brevior illius narratio non fidem solum sed additamenta quoque ex nostro repetere potest. Cui vero libet venerationem, qua Muhammedani sancta loca prosequantur, cognoscere, cui libet in præcordia humana descendere, diversasque, quibus sibi constans superstitio se exserat, formas intueri, mythorumque ab uno eodemque fonte ad Judæos, Christianos et Arabes manantium historiam persequi, is utique apud nostrum auctorem largam nanciscetur meditandi materiem. Queruntur vel ipsi Arabes de impietate peregrinatorum z), solentque proverbio dicere, a nemine magis esse cavendum, quam ab eo, qui Meccam adierit: cujus rei caussa facile pellucet, ubi superstitiosam vim, et ante commissa et futura expiandi peccata, precibus Hierosolymæ peractis assignatam, apud nostrum legimus.

Codice usus sum chartaceo, a cel. Niebuhrio ex Arabia allato, qui 277 paginis in 4to absolvitur, eleganter satis atque nitide scripto, sed, ex solita talium codicum ratione æ), multis scribæ vitiis referto, quorum, a me timide conjectando tentatas emendationes nunquam in textum recipere ausus, in notis subjeci: quatenus regulas in egregio cel. Fræhnii libello ö) propositas sequi valuerim, doctissimorum censorum judicio

z) Cfr. S. V. J. Mölleri, magistri pia mihi memoria prosequendi, dissertationem de commodis nonnullis, quæ ex Islamismo ad rempublicam christianam redundarunt., insert. *Ejusdem* theologisk Bibliothek, B. 5. (1813) p. 304.

æ) Köhler præfat. ad Abulfedæ Tab. Syriæ p. 23. Ill. de Sacy Discours sur les traductions d'ouvrages écrits en langues orientales, 1810 8 p. 13.

ö) De arabicorum etiam auctorum libris vulgatis crisi poscentibus emaculari. Casani. 1815. 4. Cæterum non omnia vitia, verum ea tantum, quæ sensum plane impedirent, tollenda in me suscepi. Multa adhuc restant, quæ sine aliis codicibus adhibitis tolli nequeunt, quorum,

judicio relinquo. Solennes benedicendi formulas, creberrime redeuntes, maximam partem omisi, iis tantum locis exceptis, ubi earum aliquis usus esse posset, v. c. ad Muhammedis socios, priscarum traditionum auctores, cognoscendos, in versione fere semper M. S. *(Muhammedis socius)* substitui. Arabum manibus tritum fuisse nostrum exemplar, docent plurima nomina primæ libri paginæ inscripta.

rum, uti et textus passim corrigendi, emendationes, ubi codices Parisienses inspicere licuerit, propediem me subjuncturum promitto. Itinerarium, sic dictum, Ali Bey Abbasidæ (ed. Par. 1814), cujus in hac introductione magnus fuisset usus, post finitam demum hujus speciminis impressionem me accepisse, vehementer doleo: ignoscat, precor, benevolus lector, et inchoata juvenis studia facili metiatur modulo!

الباب التاسع

(Pag. 101 a) في ذكر فتح امير المومنين عمر بن الخطاب رضي الله عنه بيت المقدس وما فعله في كشف التراب والزبل عن الصخرة الشريفة وذكر بناء عبد الملك بن مروان وما صنعه فيه وذكر الدرة اليتيمة التي كانت في وسط الصخرة وقرني كبش اسماعيل وتاج كسري وتحويلهم منها الي الكعبة الشريفة حين صارت الخلافة لبني هاشم وذكر (a ثعلب الفرنج علي بيت المقدس واخذه من المسلمين بعد الفتح العمري وذكر مدة مقامه في ايديهم وذكر فتح السلطان الملك الناصر صلاح الدين يوسف بن ايوب رحمه الله تعالي له واستنقاذه من ايدي الافرنج وازالة اثارهم منه (Pag. 101 b) واعادة المسجد الاقصي الي ما (b كانوا عليه واستمراره علي ذلك حتي الان والي يوم القيامة ان شا الله تعالي

a) leg. تغلب.
b) Num. كان?

اعلم ان فتح عمر بن الخطاب
رضي الله عنه بيت المقدس قد ورد في (a كتب الفضايل
المعتهد عليها من طرق عديده بروايات مختلفه وقد احببت ان اجمع
بين طرقها وايراد كل طريق منها بلفظه تيمنا وتبركا بذكر
الفتح المبين الواقع علي يد هذا الخليفة امير المومنين ثاني الخلفاء
الراشدين الذي اعز الله به الدين وعادت بركة خلافته وعدله علي
كافة الاسلام والمسلمين —— فمنها ما رواه صاحب مثير الغرام بسنده
الي الوليد قال اخبرني شيخ من الشداد ابن اوس الانصاري انه
سمع اباه يحدث عن جده شداد رضي الله عنه انهم لما فرغوا من
قتال اليرموك سار جماعة من المسلمين الي ناحية فلسطين والاردن
وانه كان فيمن سار قال فحاصرنا بيت المقدس فتعذر علينا فتحها
حتي قدم علينا عمر بن الخطاب رضي الله عنه باربعة الاف راكب
(Pag. 102 a) فنزل علي جبل بيت المقدس يعني جبل طور زيتا ونحن
علي حصارنا محيطون بها وانحدر علينا من اصحاب عمر رضي الله
عنه قوم يقاتلون بنشاط واحدث لنا بجيئهم وقدوم عمر جدا ونشاطا
ورجونا بذلك الفتح فقاتلناهم مليا اذ اشرف علينا منهم مشرف يسأل
الامان حتي يكلمنا ففعلنا فقال ما هذا العسكر الذي نزل فقلنا
هذا عسكر امير المومنين قال وارسل الينا عمر يامرنا بالكف عن
القتال وقال ان رسول الله صلعم اخبرني اني افتحها بغير قتال واشرف
علينا بطريقها يسال الامان لرسوله ليبلغ رسالته الي عمر ففعلنا فاتاه
بالترحيب وقال انا سنعطي بحضورك ما لم نكن نعطيه لاحد دونك
وسال ان يقبل منه الصلح والجزية ويعطيه الامان لصاحبه ليتولي

a) Nonne legendum: كتاب.

مصالحته ومكاتبته فانعم وخرج اليه طريقها في جماعة فصالحهم واشهدنا علي ذلك (Pag. 102 b) قال الوليد فحدثني شيخ من الجند عن عطا الخراساني ان المسلمين لما نزلوا علي بيت المقدس قال لهم رؤساوهم انا قد اجمعنا علي مصالحتكم وقد عرفتم بيت المقدس وانه المسجد الاقصي الذي اسري بنبيكم اليه ونحن نحب ان يفتحها ملككم وكان الخليفة اذ ذاك عمر بن الخطاب فبعث المسلمون اليه وفدا وبعث الروم وفدا مع المسلمين حتي اتوا المدينة فجعلوا يسالون عن امير المومنين فاشتد عجبهم وقالوا الذي (d غلبت الروم وفارس واخذ كنوز كسري وقيصر وليس مكان يعرف بهذا غلب الامر فوجدوه قد القي نفسه حين اصابه الحر نايما فازدادوا تعجبا فلما قرا كتاب امنا حتي اتينا بيت المقدس وفيه اثني عشر الفا من الروم وخمسون الفا من اهل الارض فصالحهم علي سبيل الروم منها واجلهم ثلاثة ايام فمن قدر عليه بعد ثلاثة ايام فقد بريت منه الذمة وامن (Pag. 103 a) من بها من اهل الارض وفرض عليهم الجزية علي القوي خمسة دنانير وعلي الذي يليه اربعة دنانير وعلي الذي يليه ثلاثة وليس علي فان كبير شي ولا علي طفل صغير ثم اتي الي محراب داود عليه السلام فقرا فيه ☼

وروي ايضا من طريق اخر ان ابا عبيدة بن الجراح رضي الله عنه اتي الاردن فعسكر بها وبعث الرسل الي اهل ايليا وكتب اليهم بسم الله الرحمن الرحيم من ابي عبيدة بن الجراح الي بطارقة اهل ايليا وسكانها سلام علي من اتبع الهدي وامن بالله وبالرسول اما بعد فانا ندعوكم الي شهادة

d) Forte legendum: غلب.

ان لا اله الا الله وان محمد رسول الله وان الساعة اتية لا ريب فيها وان الله يبعث من في القبور فان اشهدتم بذلك حرمتم علينا دماؤكم واموالكم (e وديارككم وكنتم لنا اخوانا وان (ee اتيتم فاقروا لنا باداء الجزية عن يد وانتم صاغرون وان انتم ابيتم سرت اليكم بقوم هم اشد (Pag. 103 b) صبا للموت منكم لشرب الخمر واكل لحم الخنزير ثم لا ارجع عنكم ان شاء الله ابدا حتي اقتل مقاتلتكم واسبي ذراريكم قال ثم ان ابا عبيدة انتظر اهل ايليا فابو (f ان ياتوه وان يصالحوه فاقبل ساير اليهم حتي نزل بهم فحاصرهم حصارا شديدا وضيق عليهم فخرجوا اليه ذات يوم فقاتلوا المسلمين ثم ان المسلمين شدوا عليهم من كل جانب فقاتلوهم حتي دخلوا حصنهم وكان الذي ولي قتالهم يوميذ خالد بن الوليد رضي الله عنه ويزيد بن ابي سفيان كل رجل منهما في جانب ۞۞۞۞

قالوا ولما حضر ابو عبيدة اهل ايليا وراوا انه غير (Pag. 104 a) مقلع عنهم ولم يجدوا لهم طاقة بحربه قالوا له نصالحك قال فاني فايل منكم قالوا فارسل الي خليفتكم عمر فيكون هو الذي يعطينا هذا العهد ويكتب لنا الامان فقال (g ابوا عبيدة ذلك وهم ان يكتب وكان ابو عبيدة قد بعث معاذ ابن جبل علي ولم يكن سار بعمد فقال معاذ لابي عبيدة اتكتب لامير المومنين تامره بالقدوم عليك فلعله يقدم ثم يابي هولاء الصلح فيكون مجيه فضلا وعنا فلا تكتب حتي وثقوا لك واستحلفهم بالايمان (Pag. 104 b) المغلظة من المواثيق الموكدة ان انت بعثت الي امير المومنين فقدم عليهم واعطاهم الامان

e) Vakedi apud Ockley l. c. ذراريكم exhibere videtur. ee) Forte l. ابيتم.

f) l. فابوا.

g) l. ابو.

علي انفسهم واموالهم وكتب لهم بذلك كتابا بالتبين ويودون الجزيه وليدخلوا فيما دخلوا فيه اهل الشام فبعث ابو عبيدة اليهم بذلك فاجابوا اليه فلما فعلوا ذلك كتب ابو عبيدة الي عمر بن الخطاب بسم الله الرحمن الرحيم لعبد الله h) بن عمر امير المومنين من ابي عبيدة بن الجراح سلام عليك فاني احمد الله الذي لا اله الاهو اما بعد فانا اقمنا علي ايليا وظنوا ان هم في مطاولتهم فرجا فلم يزدهم الا ضيقا ونقصا وهزلا وذلا فلما راوا ذلك سالوا ان يقدم عليهم امير المومنين فيكون هو الموثق لهم وكاتب لهم فخشينا ان يقدم امير المومنين فيغدر القوم ويرجعوا فيكون سيرك اصلحك الله عنا وفضلا فاخذنا عليهم المواثيق المغلظة بايمانهم ليقبلن وليودون الجزية وليدخلن فيما دخل فية اهل الذمة (Pag. 105 a) ففعلوا فان رايت ان تقدم فافعل فان في مسيرك اجرا فصلاحا اتاك الله رشدك وييسر امرك والسلام عليك ورحمة الله وبركاته ✲

فلما قدم الكتاب علي عمر دعا روساء المسلمين اليه وقراء عليهم كتاب ابي عبيدة واستشارهم في الذي كتب اليه فقال له عثمان رضي الله عنه ان الله قد i) اذلهم وحصرهم وضيق عليهم وهم في كل يوم يزدادون نقصا وهزلا ورعبا فان انت اقمت ولم تسر اليهم راوا انك بامرهم مستخفا ولشانهم حاقرا غير معظم فلا يبثوا الا قليلا حتي ينزلوا علي الحكم ويعطوا الجزية فقال عمر ما ذا ترون اعند احد منكم راي غير هذا فقال علي بن ابي طالب رضي الله عنه نعم عندي غير هذا الراي قال ما هو فقال انهم قد سالوا

h) Omittendam videtur: بن

i) l. اذلهم.

المنزلة التي فيها الذل لهم والصغار وهو علي مسلمين فتح ولهم فيه عز وهم يعطونكها الان في العاجل في عافية ليس بينك (Pag. 105 b) وبين ذلك الا ان تقدم عليهم ولك في القدوم عليهم الاجر في كل ظماء ومخمصة وقطع كل واد وفي كل نفقة حتي تقدم عليهم فاذا انت قدمت عليهم كان الامان والعافية والصلاح والفتح ولست امن ان ايسوا من قبولك الصلح منهم ان يتمسكوا بحصنهم فياتيهم عدو لنا اوياتيهم منهم مدد فيدخل علي المسلمين بلاء ويطول بهم الحصار فيصيب المسلمين من الجهد والجوع ما يصيبهم ولعل المسلمين يدنون من حصنهم فيرشقونهم بالنشاب او يقذفونهم بالمناجيق فان اصيب بعض المسلمين تمنيتم انكم افديتم قتل رجل من المسلمين بمسيرك الي منقطع التراب وكان المسلم لذلك من اخوانة اهلا فقال عمر قد احسن عثمان النظر في مكيدة العدو واحسن علي بن ابي طالب النظر لاهل الاسلام سروا علي اسم الله تعالي فاني ساير فخرج في عسكر خارج المدينة ونادي في الناس بالعسكر والمسير فعسكر العباس ابن عبد المطلب (Pag. 106 a) باصحاب النبي صلعم ووجوه قريش والانصار رضي الله عنهم والعرب حتي اذا تكامل عنده الناس استخلف علي المدينة علي بن ابي طالب وسار ۞۞۞

فلما دني من الشام عسكر واقام بعسكر حتي اتي اليه من تخلف من العسكر فما هو الا ان (Pag. 106 b) طلعت الشمس فاذا الرايات والرماح والجنود قد اقبلوا علي الخيول يستقبلون عمر بن الخطاب فكان اول مقتب لقينا من الناس فنادي هل لكم باميرالمومنين من علم فسكتوا ومضوا فاقبل اخرون فسلموا ثم سالوا عن امير المومنين هل لنا به علم فقال الا تخبروا القوم

عن صاحبكم فقلنا هذا امير المومنين فذهبوا يفتحون عن خيولهم فناداهم عمر لا تفعلوا ورجع الاخرون الذين مضوا فساروا معنا واقبل المسلمون يصفون الخيل ويشرعون الرماح في طريق حتي طلع ابو عبيدة في عظم الناس فاذا هو علي قلوص يكنففها بعبادة خطامها من شعر لابس (l صلاحه متنكب قوسه فلما نظر الي عمر اناخ عمر بعيره فنزل ابو عبيدة واقبل الي عمر واقبل عمر الي ابي عبيدة فلما دني الي ابي عبيدة مد ابو عبيدة يده الي عمر ليصافحه فمد عمر يده فاخذها ابو عبيدة واهوي ليقبلها يريد ان يعظمه في العامة فاهوي (Pag. 106 c) عمر الي رجل ابي عبيدة ليقبلها فقال يا امير المومنين وتنحي! فقال عمر يا ابا عبيدة فتعنق الشيخا ثم ركبا يتسايران وسار الناس امامهما وزعم بعض اهل الشام انهم تلقوا عمر ببردون ليراه العدو فهو اهيب له عندهم وان يلبس الثياب ويطرح الفروة عنه فابي ثم الحوا عليه فركب البردون بفروة وثيابه فهملج البردون به وخطام راحلته بعد في يده فنزل وركب راحلته وقال لقد غمرني هذا حتي خفت ان اتكبر وانكر نفسي فعليكم يا معشر المسلمين بالقصد وربما اعزكم الله عز وجل به ✡ .

وروي عن طارق بن شهاب قال لما قدم عمر الشام عرضت له مخاصة (m فنزل عن بعيره ونزع جر موقيه فامسكهما بيده وخاض الماء ومعه بعيره فقال له ابو عبيدة لقد صنعت اليوم صنعا عظيما عند اهل الارض فصك عمر في صدره وقال لو غيرك يقولها انكم كنتم اذل الناس واحقر الناس واقل الناس فاعزكم الله بالاسلام ومهما تطلبوا العز بغيره يذلكم الله تعالي ✡

l) l. سلاحه

m) l. مخاضه

وعن يوسف عن ابن حازم وابي عثمان عن
خالد وعباده قالا صالح عمر اهل ايليا بالجابية لهم فيها الصلح
لكل كورة كتابا واحدا ما خلا اهل ايليا بسم الله الرحمن الرحيم
هذا ما اعطي عبد الله امير المومنين عمر اهل ايليا من الامان
اعطاهم امانا لانفسهم واموالهم ولكنايسهم وصلبانهم ومقيمها وبريها
وساير مثلها انها لا تسكن كنايسهم ولا تهدم ولا تنتقض منها
ولا من حدها ولا من صليبها ولا شي من اموالهم ولا يكرهون علي
دينهم ولا يضار احد منهم ولا يسكن بايليا احد من اليهود وعلي
اهل ايليا ان يعطوا الجزية كما يعطي اهل المداين وعليهم ان
يخرجوا منها الروم واللصوص فمن (Pag. 107 a) خرج منهم فهو امن
وعليه مثل ما علي اهل ايليا من الجزية ومن احب اهل ايليا ان
يسير بنفسه وماله (n الروم ويخلي بيعتهم وصليبهم فانهم امنون علي
انفسهم وعلي بيعهم وعلي صليبهم حتي يبلغوا ما منهم ومن كان فيها من
اهل الارض فمن شاء منهم قعد وعليه مثل ما علي اهل ايليا من
الجزية ومن شاء سار مع الروم ومن شاء رجع الي ارضه انه لا يوخذ
منهم شي بحصد حصادهم وعلي ما في هذا الكتاب عهد الله وذمته
وذمة رسول الله صلعم وذمة الخلفا وذمة المومنين اذا اعطوا الذي
عليهم من الجزية شهد بذلك خالد بن الوليد وعمرو ابن العاص
وعبد الرحمن بن عوف ومعاوية بن ابي سفيان ☼

ورواه ايضا بسنده من طريق اخر عن خالد بن ابي ملك
عن ابيه قال لما نزل المسلمون ببيت المقدس واقاموا علي حصارها
وطال مقامهم عليها بعثوا اليهم ان افتحوها لنا ان نومنكم (Pag

n) Exidisse videtur: مع s. الي.

(107 b علي دمايكم واموالكم فبعثوا اليهم انا لا نثق بامانكم الا ان
ياتينا خليفتكم عمر بن الخطاب فانه يذكر لنا عنه فضل وخير
وصلاح فان جاء وامننا وثقنا بامانته وفتحنا مما لكم قال فكتبوا الي
عمر يخبرونه بذلك فركب عمر من المدينة حتي قدم عليهم وظهروا
علي اماكن لم يكونوا ظهروا عليها قبل ذلك وظهروا يومئذ علي
كرم كان في ايديهم لرجل منهم له ذمة مع المسلمين في كرم
(o عنب فجعلوا ياكلونه فاتي الذمي الي عمر وقال يا امير المؤمنين
كرمي كان في ايديهم ولم يهيجوه ولم يعرضوا له وانا رجل لي ذمة مع
المسلمين فلما ظهر عليه المسلمون وقعوا قال فدعي عمر ببرذون له
فركبه عريانا من العجلة ثم خرج يركض في عراض المسلمين فكان
اول من لقيه ابو هريرة يحمل فوق راسه عنبا فقال عمر له وانت ايضا
يا ابا هريرة فقال له ياامير المومنين اصابتنا مخمصة شديدة وكان
(Pag. 108 a) احق من اكلنا من ماله من قتالنا من رواية ☼ قال
فتركه عمر ومضي حتي اتي الكرم فنظر فاذا الناس قد اسرعوا فيه
فدعي عمر الذمي وقال له كم كنت (oo ترجوا من غلة كرمك
هذا قال كذا وكذا وسمي له شيا فخلي سبيله ثم اخرج عمر الثمن
الذي سماه الذمي واعطاه اياه ثم اباحه للمسلمين ☼

وعن عبد الرحمن بن (p عنم قال كتبت لعمر
حين صالح نصاري اهل الشام بسم الله الرحمن الرحيم هذا كتاب
لعبد الله عمر بن الخطاب امير المومنين من نصاري مدينة كذا

o) l. عنب.
oo) l. ترجو.
p) l. غنم.

وكذا انكم لما قدمتم علينا سالناكم الامان لانفسنا وذرارينا واموالنا
واهل ملتنا وشرطنا لكم على انفسنا ان (q يحدث في مداينا ولا في
ما حولها ديرا ولا كنيسة ولا قلاية ولا صومعة راهب ولا نحيي منها
ما كان في خطط المسلمين ولا نمنع كنايسنا ان ينزلها احد من
المسلمين في ليل ولا نهار (r ولا نوسع ابوابها للمارة وابن السبيل وان
ينزل من مر بنا من المسلمين (Pag. 108 b) ثلاث ليال نطعمهم ولا
نووي في كنايسنا جاسوسا ولا نعلم اولادنا القران ولا نظهر شركا
ولا (s ندعوا اليه احدا من ذوي قرابتنا بعدم (t الدخول في الاسلام
ان اراده وان نوقر المسلمين ونقوم لهم من مجالسنا اذا راوا الجلوس
ولا نتشبه بهم في شي من لباسهم في قلنسوة ولا عمامة ولا نعلين ولا
فرق شعر ولا نتكلم بكلامهم ولا نتكنى بكناهم ولا نركب السروج
ولا نتقلد السيوف ولا نتخذ شيا من السلاح ولا نحمله معنا ولا
ننقش على خواتمنا بالعربية ولا نبيع الخمور وان نجز مقادم روسنا
وان نلزم زينا وان نشد زنانيرا على اوساطنا ولا نظهر الصليب على
كنايسنا ولا نظهر صلباننا ولا كتبنا في شي من كتب المسلمين
ولا في اسواقهم ولا نضرب نواقيسنا في كنايسنا (u الا ضربا خفيفا
ولا نرفع اصواتنا مع موتانا ولا نظهر النيران معهم في شي من طرق
المسلمين ولا في اسواقهم ولا نجاورهم بموتانا ولا نتخذ من الرقيق
